



TESTAMENTER

FRA

DANMARKS MIDDLEALDER

INDTIL 1450

UDGIVNE FOR

DET KONGELIGE DANSKE SELSKAB FOR
FÆDRELANDETS HISTORIE OG SPROG

AF

KR. ERSLEV

KØBENHAVN
DEN GYLDENDALSKE BOGHANDEL
(F. HEGEL & SØN)

TRYKT HOS NIELSEN & LYDICHE

TESTAMENTER

FRA

DANMARKS MIDDELALDER

INDTIL 1450

UDGIVNE FOR

DET KONGELIGE DANSKE SELSKAB FOR
FÆDRELANDETS HISTORIE OG SPROG

AF

KR. ERSLEV

KØBENHAVN
DEN GYLDENDALSKE BOGHANDEL
(F. HEGEL & SØN)

TRYKT HOS NIELSEN & LYDICHE

1901

Fortale.

Denne Samling af Testamenter fra Danmarks Middelalder staar i nær Sammenhæng med det af mig udgivne Værk: »Repertorium diplomaticum Daniae mediævalis«, og deri ligger det ogsaa, at Samlingen slutter med Aaret 1450; ud over det Tidsrum, for hvilket hint Værk sikrer Fuldstændigheden, har jeg ikke vovet at gaa, og de faa Testamenter, der er bevarede fra den senere Del af Middelalderen, vil ogsaa let kunne faa Plads i en mulig Fortsættelse af Repertoriet. For Tiden indtil 1450 haaber jeg derimod, at alt skal være kommet med, hvad der falder ind under Begrebet Testamente; med Vilje er dog forbigaat en lille Gruppe fra Femern, som allerede er udgivet samlet i »Urkundensammlung der Schleswig-Holstein-Lauenburgischen Gesellschaft«, Bd. III, og som ved sin hele Karakter skiller sig meget ud fra Testamenterne fra det egentlige middelalderlige Danmark.

Testamenterne er aftrykte bogstavret, saaledes dog at man ikke har fulgt Originalernes Brug af u og v, langt og kort i og s. Af de Afskrifter, der er lagte til Grund ved Trykningen, har jeg taget de fleste; andre skyldes mine Medarbejdere ved Repertoriet, Arkivsekretær Dr. phil. Will. Christensen og Dr. phil. Anna Hude, og nuværende Højskolelærer, cand. mag. Marius Kristensen har afskrevet en Del her i Byen bevarede Originaler. Selv har jeg dog i alle Tilfælde sammenlignet Afskrifterne med Kilden, naar da ene undtages Testamentet Nr. 16, og det er saaledes mig alene, som staar til Ansvar for Nøjagtigheden. Under Trykningen er Originalerne atter blevet efterset, for saa vidt de opbevares i vore egne Arkiver; dette lod sig derimod ikke gøre ved den store Mængde Testamenter, hvis Originaler gemmes i det svenske Rigsarkiv eller som kun kendes fra Afskrifter i Lunderegistret, der opbevares sammesteds; hvor der ved disse under Trykningen viste sig tvivlsomme Punkter, maatte jeg da søge Hjælp i

Stockholm, og denne blev med stor Redebonhed ydet af Lektor, nu Rigsarkivar Emil Hildebrand.

Af største Betydning for Værket har det været, at Prof. Dr. M. Cl. Gertz har gennemgaaet Texterne i Korrektur; hans store Kyndighed i Middelalderslatin har ikke alene bidraget meget til at undgaa Tryk- og Læsfejl, men i mange Tilfælde, hvor Testamentet kun kendtes fra en Afskrift, er det ved hans Hjælp lykkedes at berrigtige den overleverede Text eller at udfylde Huller deri, ligesom han ogsaa har givet værdifulde Bidrag til Sagregistret. — Paa Selskabets Vegne har Rigsarkivar Dr. Bricka læst en Korrektur paa Værket, og ogsaa ham skylder jeg Tak for gode Vink.

Samlingen er ledsaget af et fuldstændigt Navneregister, ved hvis Udarbejdelse Arkivar Thiset efter Sædvane har hjulpet til at bestemme de adelige Personers Slægter. Endnu mere Vægt maa der dog ved en Samling af denne Art lægges paa et Sagregister, og jeg har anvendt megen Umage paa ad denne Vej at gøre det store kulturhistoriske Stof, som findes i Testamenterne, let tilgængeligt. Sagregistret er ordnet sagligt, hvorved man opnaar at faa de sammenhørende Sager opført jævnsides; jeg tror, at denne Ordning frembyder størst Fordel, men en tilføjet, bogstavordnet Ordliste vil i alt Fald tillade let at finde alt i den systematiske Oversigt.

København i Novbr. 1901.

Kr. Erslev.

I.

1183 Aug. 27. Biskop Sven af Aarhus.

Testamentet har i Øm Klosters Arkiv foreligget i to Udfærdigelser, hvoraf den første (**A**) kendes fra en Afskrift i Klostrets Mindebog (Haandskrift paa Universitetsbiblioteket); den anden (**B**) er ved Aar 1600 afskrevet i Anne Krabbes Kopibog (Kgl. Bibl., Gml. kgl. Saml. Fol. 844, Bl. 343). Medens den første er den oprindelige, er den anden en senere Fornyelse, idet Vidnerne viser, at den først er udfærdiget i Valdemar Sejrs Tid. Rep. 41. Nedenfor er det i **B**, som kun gengiver, hvad der staar i **A**, sat med Petit.

I Øm Klosters Mindebog findes desuden et tidligere, udateret Testamente, som drejer sig om de samme Godser; de kaldes her: Attethorp, Øge-thorp, Rezmose, Eningruthe og Hilstestatheruthe. Det er trykt SRD. V, 249 og medtages ikke her.

A.

Preteritorum memoriam occupat oblivionis erugo, cum id, quod 1 factum est, evidenter testimonii non appareat inditio, sicque facti ignorantia veritati nonnunquam prejudicium parit, cum in argumentum ipsius aliquam certitudinem priorum negligentia non relinquit. Igitur ad vitandum erroris hujus obstaculum, ego Sveno Dei gratia Arusiensis ecclesie vocatus episcopus, fragilitatis mee et 2 excessuum non immemor, quod pro remissione peccatorum meorum, ecclesia teste rectoribusque ecclesie presentibus quidem et consentientibus, feci, quo minus a memoria exideret, presenti cartule in-scriptum reliqui. Noverit itaque presentium posterorumque devotio, quod ego, cum in bonis ecclesie multiplicandis sedulus satis et 3 sollicitus laborassem, aliquam saltem particulam prediorum pauperum Christi, grisiorum videlicet monachorum de Carainsula, usibus assig-nare consultum duxi. Predictis igitur fratribus et loco villulam quandam nomine Karleby, quam ab eis antea necessitate quadam compulsis obtinui, iterum assignando reddidi. Predia etiam qualia- 4 cunque in villulis istis, scilicet Attethorp, Øge-thorp, Røzmose, Eninge, Hagethuet, Hilstestat, que patrimonii jure aut emptionis

1 titulo optinui, quecunque in predictis villulis tam in silvis quam
in agris a me in obitu inveniuntur possessa, omnia quidem numero
multa, sed precio pauca, quia sunt maritima et paganorum incursio-
bus exposita, memoratis fratribus et loco assignavi. Preterea eorun-
dem fratrum usibus jumenta indomita, quecunque michi attinere
2 noscuntur in Sundrehereth, assignando tradidi. Ego episcopus Sueno
hoc testamentum feci anno ab incarnatione Domini m^oc^olxxx^oij^o vi.
kal. septembris, presentibus regni principibus et ecclesie prelatis,
istis videlicet: Kanuto reverent[!]issimo rege Danorum et fratre ejus
Waldemaro duce necnon Absalone venerabili Lundensis ecclesie
3 archiepiscopo, Romane sedis legato, Waldemaro Sleswicensi electo,
Omero Burlanensi episcopo, Stenaro Wexioensis ecclesie episcopo,
Walberto abbate de Esrom. Quod si quis forsitan infringere aut
quolibet modo turbare temptaverit, ex auctoritate Dei omnipotentis
4 a fidelium communione sequestratus, donec cessaverit, excommuni-
cationis sententie subjaceat et, nisi resipuerit, eterno supplicio de-
putatus succumbat.

B.

In nomine Domini, sanctæ et individuæ trinitatis, patris, filii
et spiritus sancti. Sveno Dei gratia Arhussiensis ecclesiæ vocatus
episcopus omnibus hoc scriptum cernentibus præsentibus et futuris
5 in perpetuum salutem. Præteriorum memoriam occupat oblivionis ærugo,
quum id, quod factum fuerit, evidenter testimonii non appareat indicio^a, sicque
facti ignorantia veritati nonnunquam præjudicium parit, cum in argumentum
ipsius aliquam certitudinem priorum negligentia non relinquit. Igitur ad vi-
tandum hujus erroris obstaculum, ego Sveno Arhussiensis episcopus, fragilitatis
6 meæ et excessuum meorum non immemor, quod pro remissione peccatorum
meorum, ecclesia teste rectoribusque^b ecclesiæ præsentibus et consentientibus,
feci, quo minus a memoria excideret, præsenti cartulæ inscriptum reliqui. No-
verit igitur præsentium posterorumque devotio, quod ego, cum in bonis ecclesiæ
multiplicandis sedulus satis ac sollicitus apud alios laborassem, aliquam etiam
7 prædiorum meorum particulam pauperum Christi, griseorum videlicet mona-
chorum, usibus conferre consultum duxi. Prædictis itaque fratribus et loco de
Cara insula willulam quandam nomine Karlebye, quam ab eis necessitate quadam
antea compulsis de bonis propriis emeram, iterum assignando liberam
reddidi pleno jure. Prædia etiam villarum istarum, scilicet Attetorp,
8 Agetorp, Roszemosze, Enningh, Hagetuedt och [!] Hylldestadt, quæ bona patrimonii
jure aut emptionis titulo de meis propriis obtinui, cum omnibus eorum

^{a)} *Afskr.*: iudicio. ^{b)} *Afskr.*: lectoribusque.

attinentibus, agris, sylvis, aquis, pratis, pascuis, memorato loco et fratribus in Christo pro remedio animæ meæ assignavi integraliter perpetuo libere possidenda. Præterea et jumenta indomita, quæcunque in prædictis prædiis in Synderherridt noscuntur, eorundem fratrum[!] usibus assignavi. Ego Sueno episcopus hoc testamentum condidi anno ab incarnatione Domini 1183 vi. cal. septembbris, præsentibus regni principibus et ecclesiæ prælatis, hisce videlicet: reverendissimo Danorum rege Valdemaro nec non venerabili Andrea Lundensis ecclesiæ archiepiscopo et Petro Roschildensis[!] episcopo, illustrissimi regis Danorum cancellario, Omero Burlaneo electo, Alberto abate de Esserom. Qui-cunque hæc imminuerit vel mutaverit, immutet Deus partem ejus de regno suo. Amen. Amen.

2.

[1201.] Ærkebiskop Absalon.

Orig., som fandtes i Søra Kloster, kendes kun fra en Gengivelse i et Papirshaandskrift, der tilhørte Hvitfeld og senere kom til Universitetsbiblioteket (Capsa Cypriani Ordo 4, Nr. 72), med hvilket det brændte 1728. Forinden var det udgivet i et særligt Skrift af Otto Sperling (Kbhvn. 1696), hvorefter det optrykkes i SRD. V, 422. Noget næjagtigere er en Afskrift, rettet af Arne Magnusson, i Bartholins Collectanea D, 497. Rep. Udat. 44.

Testamentum, quod pius pater noster Absolon archiepiscopus ante obitum suum confecit.

Quæ præsenti pagina continentur, ex testamento legavit et donavit venerabilis dominus Absolon Lundensis ecclesiæ archiepiscopus, Svetiæ primas, ad hoc vocatis et præsentibus domino Esberno fratre suo ^aet Alexandro nepote suo^a et domino Gaufrido abbate de Sora et Tochone et Achone præpositis et magistro Johanne et Thordone capellano suo, Lundensis ecclesiæ canonicis, et Anfrido presbitero et Haquino camerario suo et Paulo et Simone, pueris suis, et Henrico converso de Sora. Totum videlicet patrimonium suum, excepto Fialensleve^b, quod fratri suo contulit, monasterio de Sora donavit. Monasterio de Aas in Hallandia Vathby^c cum omnibus attinentiis suis excepto molendino donavit et scotavit. Ad mensam canonorum Lundensis ecclesiæ Esbiruth cum molen-dino in Rogen^d et coeteris suis attinentiis, sylvis omnibus et terris

^{a)} Fattes hos Sperling. ^{b)} Bartholin: Fialenshue. ^{c)} Sstds.: Vathbi.
^{d)} Sstds.: Rog:

1 donavit et scotavit. Similiter Saxulstorp in Ruma cum ecclesia et
 coeteris suis attinentiis eisdem fratribus ad mensam donavit et
 scotavit. Ad candelas cereas utriusque coronæ et ad cereum nocturnum in monasterio beati Laurentii quatuor marcas argenti singulis annis de censu civitatis, qui vulgariter dicitur midsommers
 2 gieldtt^e, dedit. Venerabili domino Erico Nidrosiensi archipræsuli propter justitiam exulanti centum marcas argenti. Martino Bergensi episcopo quinquaginta marcas argenti. Nigello episcopo Staffengrensi quinquaginta marcas argenti. Ivaro Hamarcopensi episcopo quinquaginta marcas argenti. Nicolao Aslonensi episcopo
 3 ciffum argenteum et scutellas argenteas, quas idem episcopus ei quondam dederat, donavit. Domino regi ciffum argenteum mirabiliter fabrefactum, quem dominus Nidrosiensis ei quondam dederat, ^fet annulum aureum, quem singulis diebus portare solebat^f, et vasculum aureum cum musco dedit. Dominus Suno ei tenebatur red-
 4 dere cxxx marcas argenti, et illud debitum domino Petro Roskildensi episcopo et fratribus suis reliquit. Episcopo Roskildensi quinquaginta marcas argenti, duabus minus, concesserat ad emendum Altertofta^g, quas idem episcopo remisit, et ciffum argenteum, quem eidem quondam dederat, donavit. Fratri ejus domino cancellario
 5 ciffum argenteum, quem ei dominus Suno quondam dederat, legavit. Domino Esberno ciffum argenteum, quem Hildebrand fecerat, et parvum ciffum, de quo pater ejus potionē accipere solebat, et cuilibet filiorum suorum ciffos argenteos de majoribus ciffis dedit. Domino Alexandro ciffum argenteum de melioribus et loricis,
 6 quas habebat, et duobus filiis suis duos ciffos argenteos modicos dedit. Dominæ Margaretæ duos ciffos Rujanorum idolorum. Canonicis de Paraclito ciffum argenteum de plano opere, ponderantem circiter decem marcas argenti. Majorem ciffum argenteum, quem Sora[!] habuit, capellæ de Sora dedit ad calicem faciendum.
 7 De scutellis suis argenteis jussit calices fieri in monasterio beati Laurentii fortes et sufficientes. Quod vero his prædictis de ciffis argenteis et scutellis superfuerit, ad perficiendas coronas in templo reservari præcepit. Dominus Alexander habuit octo marcas auri et dimidiā ad opus casulæ et coronarum, ex quo auro magnam pars tem casulæ jam apponi feci. Eschillus presbiter annulos aureos habet ad opus eorundem reservandos. Argentum, quod Liuthgerus

^{e)} Sperling: gylde. ^{f)} Fattes hos Sperling. ^{g)} Sperling: Alstofta.

ei tenebatur persolvere, totum pauperibus jussit erogari. Dominus¹ archidiaconus de argento, quod accepit pro decimis et a presbyteris, et de argento, quod habet dominus Alexander, domino archiepiscopo Nidrosensi et episcopis prædictum argentum persolvat, et quod residuum fuit, inter monasteria Scaniae et Selandiae fideliter distribui præcepit. Dominus Alexander autem argentum suum non² habet, nisi quantum conflari poterit ex septingentis marcis denariorum Schaniensium veteris monetæ, et ex eodem argento præcepit domino Alexandro, ut xvi marcas Soræ mitteret quibusdam persolvendas. Argentum, quod Hericus^b filius Harine et Sveno frater ejus et Conradus de Tumetoorp ei tenentur persolvere, cuius debiti³ summam archidiaconus novit, præcepit reservari. Debitum, quoⁱ Bondo filius Gamalielis ei pro donatione exactorum tenebatur, heredibus ipsius Bondonis totum pro anima sua remisit. Henrico^k Batti cappam forratam de pellibus marturum dedit. Magistro Petro capellano archiepiscopi Nidrosiensis cappam forratam de pellibus griseis dedit. Decano Lundensi pallium marturum dedit. Thordoni capellano suo superpellicium cum pellicio de marturibus et cappam vario forratam et juppam vario forratam dedit. Simoni minorem juppam de griseo forratam dedit. Petro Stamma griseum pallium quotidianum. Marsilio coco coopertorium vulpinum dedit.⁵ Petro stabulario equum, quem filius Biorn ei donavit, dedit. Fratri ejus Wlf loricam, quam Esbernus Mule ei dedit, donavit. Haquino camerario suo¹ equum, quem Bondo ei dederat, donavit¹. Equum brunei coloris Haquino Normanno dedit. Nigrum equum, quem Soræ habuit, eidem monasterio reliquit. Equum blaccatum domino⁶ archiepiscopo Nidrosensi dari præcepit. Eschillum bathsvæn libertate donavit. Mulieres, quas Nicolaus stabellarius de libertate in servitatem suscepit, ubicunque reperiantur, cum filiis suis libertate donentur. Mulierem acceptam de Biargahered in Scania cum filiis suis libertati donavit. Saxoni clero suo duas marcas argenti⁷ et dimidiā concessit, quas sibi donavit. Saxo debet duos libros, quos archiepiscopus ei concesserat, ad monasterium de Sora referre. Magistro Johanni bicarium argenti dedit. Magistro Walthero pallium griseum, quo in natali^m Domini vestiebatur, dedit. Annulos aureos

^{b)} *I Bartholin rettet fra:* Henricus; *Sperling:* Henricus. ⁱ⁾ *Bartholin:* quod. ^{k)} *Sperling:* Herico. ¹⁾ *Sperling:* equum dederat, quem Bondo ei dedit. ^{m)} *Sperling:* nativitate.

1 quindecim cum lapidibus et sedecimum sine lapide monasterio
 beati Laurentii dedit ad plenarium faciendum. Præposito Achoni
 minorem ciffum argenteum, quem Soræ habuit, dedit. Argentum,
 quod apud Cluniacum habuit, dimidium eidem monasterio contulit,
 medietatem vero ad Claram Vallem transmitti præcepit. Ecclesiæ
 2 de Wellinge tenebatur argentum reddere, cuius summam archidia-
 conus novit. Ecclesiæ de Stangby^a tenebatur mansum unum red-
 dere, quem dedit pro manso in Køpingh, et jussit, ut ecclesia de^o
 Stangby habeat mansum in Køpingh, donec de episcopatu reddatur.
 Præbendæ cuidam tenebatur dimidium mansum in Huphakre, et
 3 jussit, ut in Arlef haberet dimidium mansum, donec de episcopatu
 reddatur. Præbendæ Nicolai monialis dimidium mansum in
 Asmundatorp, et jussit, ut in Nybyle^p haberet in parrochia de
 Saxulstorp, donec reddatur^q de episcopatu. Magister Hugo pro-
 prium præbendæ suæ habeat, donec de episcopatu persolvatur.
 4 Archidiacono dedit pallium magnum de lækatt, si sit ibi, et si ibi
 non sit, lectisternum forratum de marturibus ei donavit. Jofrido
 coco duas cappas pluviales, alteram forratam. Præcipue archidia-
 cono præcepit, ut campanam, quam facere proposuerat, consumaret.
 Magistro Hugoni lectisternum vario forratum. Nicolao filio archi-
 diaconi superpellicium vario forratum. Eschillo presbytero cappam
 forratam, quæ est in castro de Haffn. Christianum cocum, qui
 injuste captus erat in servitutem, libertate donavit. Achoni magi-
 stro laterum et Achoni lapicidæ præcepit, ut archidiaconus bene-
 faceret. Pixidem argenteam cum reliquiis monasterio de Sora dedit.
 6 Retribuat ei Dominus mercedem æternam in vita æterna. Amen.

3.

1257. *Ingerth, Grev Konrad af Regenstens Enke.*

*Orig. paa Pergament, nu uden Segl. Roskilde Claraæ Klosters Arkiv,
 nu Arnemagn. Dipl. LI, 15. Dipl. Arnemagn. I, 229; Rep. 271.*

Cum vita hominis instabilis sit et brevis, ad salutem anime
 necessarium est, ut taliter in temporalibus procedamus, ut per
 usum terrenorum non amittamus eterna, sed potius laudabili com-

^{a)} Bartholin: Stangbi. ^{o)} Sperling: in. ^{p)} Bartholin: Nibyle. ^{q)} Sper-
 ling: solvetur.

mercio eterna cum temporalibus acquiramus. In nomine patris et filii et spiritus sancti. Anno domini m^occ⁰lvij^o. Ego Ingerht, relicta comitis Conradi de Regensten, presentis instrumenti paginam ordinacione testamenti sive ultime voluntatis digestam omnibus inspecturis legendam et domino Petro episcopo Roschildensi, quem executorem mei testamenti constituo, quicquid in eo continetur absque omni contradictione effectui mancipandam derelinquo. Noverint igitur universi tam presentes quam posteri, quod teneor solvere fratribus predictoribus pro claustro de Byrthingi xxiiij marcas denariorum. Item xiiij marcas denar. eisdem pro redempcione crucis. Item teneor solvere fratri Philippo de ordine minorum xl marcas denar. Item duas marcas monetario. Item unam marcam pro curia. Preterea dedi domino Paulo capellano meo xvi marcas denar. Item Nicolao Werre sunt[!] xij marcas denar. Item Conrado diacono iiij marcas puri, xij marcas denar. ad equum, xvi marcas denar. ad vestes eidem. Item Stephano xx marcas denar. Ludolfo x marcas denar. Item Bossoni x marcas denar. Nicolao parvo x marcas denar. Johanni coco vi marcas denar. Item Mereke iiij marcas denar. et x marcas denar. ad equum. Item Bundoni iiij marcas denar. Item Ingerth xx marcas denar. Item Johanni filio Stephani v marcas denar. Item fratribus predictoribus Roschildis xx marcas denar. Item fratri Astrado v marcas puri et xx marcas denar. Fratri Salomoni v marcas. Gadiano Roschildensi v marcas denar. Insuper do fratribus minoribus Roschildis, apud quos sepulturam eligo, meum scrinium argenteum tam ad edificacionem monasterii quam eorum usus. Item eisdem pixidem argenteum, in quo servatur corpus dominicum. Item psalterium meum majus eisdem et optima preparamenta mee capelle. Totam autem capellam preter hec dedi monialibus de sancta Clara, quibus etiam dedi crucem auream et pater noster aureum et ymaginem appendentem et ymaginem sancti Francissi[!]. Item eisdem omnia attinencia ad coquinam, pistrinum et braxatorium; omnes etiam meas culcidras do eisdem. Item ad ecclesiam sancti Lucii do pomum argenteum. Item fratribus predictoribus Roschildis draconem argenteum et pixidem. Item parvo scolari Thorberno marcam denar. Ceterisque pueris in curia servientibus

^{a)} *Tilføjjet over Linien.*

1 cuilibet dimidiam marcam denar. Ceterum vendideram Svenstorp
 pro centum marcas puri. Ex eo argento solvi in Theutonia ix
 marcas puri. Item dedi ad adducendas moniales de claustro sancte
 Clare x marcas puri. Id autem, quod superest, volo, ut divi-
 datur inter eos, quibus purum argentum erogavi superius in littera
 2 prenotatis. Ad denarios autem prescriptos persolvendos assigno
 equos indomitos in Svenstorp, sed residui denarii, si qui fuerint
 persolvendi, de bonis meis solvantur, secundum quod domino epi-
 scopo visum fuerit expedire. Super hec autem, que prescripta sunt,
 teneor solvere pro curia vi marcas denar., item pro alia curia ij
 3 marcas denar. Item stupam, quam de meis denariis in predicta
 curia edificari feceram, dedi ad claustrum sancte Clare. Hujus
 autem ordinacionis sive voluntatis testes sunt decanus Roschilden-
 sis, dominus Petrus Øthensun, Thuvo exactor, dominus Michabel,
 frater Astradus et alii fratres minores, Stephanus, Conradus,
 4 Mereke totaque mea familia et alii quam plures. In cuius rei
 testimonium presentem literam feci mei sigilli munimine roborari.
 Datum Roschildis.

4.

1261 Marts 22. Pætær Olafsun af Kalwærис.

Orig. paa Perg. [med 5 Segl: 2. Ingvars (A. 18)]. Roskilde Claræ Klosters
 Arkiv, nu Arnemagn. Dipl. I, 1. Suhm X, 974; Weinwich, Stevns Her-
 red 8. — Af Testamentet haves en Vidisse fra 1527. Rep. 304.

5 In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Cum nichil
 cercius morte, hora mortis nichil incercius, ego Pætær Olaf sun
 de Kalwærис, licet eger corpore, sanus tamen mente et spiritu,
 non immemor salutis anime mee, lego et condo testamentum meum
 in hunc modum: In primis autem debita mea, que sunt hec: Thru-
 6 gillo dicto Nynkil[?] a pro injuria sibi illata v marcas denar.,
 Thruun relicte Nicolai dicte Puae i marcam denar., Tocke Rumpæ
 unum polidrum, ecclesie Hælgæstathæ xxix marcas denar., domino
 Ingwaro Hastens sun vij marcas denar., domino Gerardo de Næst-
 with dicto hanskæmakæræ iiij marcas denar. et tres horas denar.,
 7 Hugnild in Stæthiumshæræth iiij marcas denar. pro Jacobo Astrathæ
 sun, x marcas denar. pro quodam equo, et ipsi denarii debentur

a) Nykil.

episcopatui. Eligo vero sepulturam in ecclesia mea Kalwæris, cui 1 confero xij marcas denar. ad ejus consecrationem. Item claustris Æsgħerum, Hæplæholt, claustro sancte Marie Roskildis, predicatoribus ibidem, Ringstadis, Soræ, monæ[!]chis in Næs[t]with, fratribus predicatoribus in Hordthn[!]gæburgh, in Hasts[!]^b fratribus minoribus, fratribus minoribus in Kalundæburgh, cuilibet 2 istorum x marcas denar. Item dominabus in claustro Sla[n]ggæthorp, fratribus minoribus Roskildis, fratribus minoribus in Næst-with, cuilibet istorum xv marcas denar. Item hospitali in Hafn, hospitali Roskildis et hospitali sancti spiritus ibidem, hospitali Ringstadis, hospitali Slauløssæ, hospitali Athorp, cuilibet predicta- 3 rum x marcas denar. Item ecclesie sancti Nicolai in Hafn omnes naves meas, quas habeo ibidem. Item ad redimendum crucem meam centum marcas denar. Item cuilibet ecclesie in Stæthiums-hæræth et Faxahæræth unam marcam denar., et similiter cuilibet sacerdoti ibidem unam marcam denar. Item sacerdoti meo in 4 Kalwæris domino Hæmingo v marcas denar., dyacono ibidem i marcam denar. Item unam oram scyld, quam habui a Jacobo Astrathæ sun in Holtøighiæ, libere relinquo eidem ad redimendum pro xx marcas denar. ad testamentum meum redimendum. Item filiis domine Justinæ, Magno et Laurencio, Petro Johannis Kæsyiæ 5 sun, Ysac filio Ysaac, Gnæmær Harwasthæ sun, Aki Esgi sun, cuilibet istorum xxx marcas denar. Magno Ingwari filio xx marcas denar. Item cuilibet pueru meo unum polidrum. Item si debita mea sunt plura, quam scripta sunt, ad ea redimenda assigno ccc marcas denar. Quicquid superfuerit, consilio executorum meorum 6 pauperibus viduis et orphanis distribuetur. Insuper bona mea, que habeo in Hagnælef. silicet vi oras^c scyld et dimidium solidum, in Scyrpingi i oram scyld, in Hædingi maklæ xiiij solidos scyld, item quicquid habeo in Flæthiæ, in Siggærlæwæ ij oras scyld, in Holt-hoiæ iij oras scyld et tres denarios, in Arnughæ iiij solidos scyld, 7 in Hælestathæ x oras scyld, solido minus, in Warppælewæ dimidium octavum solidum scyld, in Thrygiwællæ xvj solidos scyld, in Lyndæ i marcam scyld, in Jurslæwæ dimidium septimum soli-

^{b)} Vistnok Fejlskrift for: Hafnis. ^{c)} Eller: orarum. Om der her og i det følgende bør bruges Genstands- eller Ejeformer, kan paa Grund af Forkertelser ikke afgøres med Sikkerhed.

1 dum scyld, Alslewæ vij solidos scyld, predicta omnia cum suis attinenciis, mobilibus et immobilibus, lego, do et scoto claustro dominarum sancte Clare Roskildis, ita tamen quod provisores ejusdem claustrum omnia predicta tam debita quam legata de predictis bonis persolvant, et quicquid residuum fuerit, cedat ad usus ejusdem claustrum. Testes autem hujus mee ultime voluntatis sunt dilectus frater meus dominus Ingwarus, dominus Hastæn, dominus Johannes Ranis sun, dominus Petrus Hind Ingwarsun, dominus Hæmingus sacerdos, frater Astradus et frater Laurencius de ordine minorum Roskildis et alii quam plures milites et famuli. Executores autem hujus testamenti constituo venerabilem patrem, dominum archiepiscopum Lundensem, dominum episcopum Roskildensem, dominum Ingwarum fratrem meum, dominum Olauum Rani sun et fratrem ejus dominum Johannem et dilectum cognatum nostrum fratrem Astradum de ordine fratrum minorum, quorum sigilla fecimus apponi. Quicunque autem contra hanc ultimam meam voluntatem contrahire persumpserit nutu, consilio vel assensu, anathematis vinculo sit ipso facto innodatus. Actum in Kalwæris anno domini m^occ^olx^oi^o xi. kalendas aprilis.

Til dette Testamente hører en samtidig Optegnelse paa en Pergamentsstrimmel (Arnemagn. Dipl. I, 2):

5 Noverint universi, hec esse bona, que dominus Petrus Olæfsun de Calwæriis assignavit ad persolvendum testamentum suum in Stehthims-hæret, et ea emit dominus Johannes Ranæ sun sub eadem condicione, videlicet ut solveret idem testamentum. In Hæddinge maglæ censem xiiij solidorum et duas curias ibidem cum mobilibus et immobilibus et 6 unum balneum, quod omni anno valuit octo marcas et in estimacione sexaginta marcas. Item Hæddingæ quatuor wættehrmølnæ, quodlibet annuatim valet octo marcas denar., in estimacione autem xx marcas quodlibet eorum. In Skyrpingæ censem unius hore et unam curiam cum suis attinenciis. In Holtohæ censem trium horarum et unam 7 curiam cum suis attinenciis. In Warpælef censem octo solidorum, et quilibet solidus valet octo marcas, et unam curiam cum suis attinenciis. In Arnhogh censem duarum horarum. Quilibet solidus preterquam in Warpælef valet x marcas denar. Item Flæthiæ terram pro xl marcis. Fratribus minoribus in Kalundæburg x marcas denar. contulit, quibus 8 non persolverit. Caluæriis x marcas. Duas marcas solvit frater Astradus in panno blauiio, que est sub casula de baldechino, et in lineo

panno ad conservandam casulam. Item claustro beate virginis Roskilde x marchas, predicatoribus ibidem tantum, hospitali sancti spiritus ibidem tantum. Hæbblæholt x marcas. Soræ promisit x marchas, ut habuerit vestitum. In boskap ducente marche. Summa septingente marche in terra et boskap et in molendinis. De istis septingentis marchis persolverat dominus Johannes Ranæ ducentas et quatuor marchas.

5.

1262 Maj 28. Estrid, Hr. Nils Alexandersøns Datter.

Orig. paa Perg. med [3] Segl i Silkesnore: 1. Årkebisshop Jakobs (Brudst.; G. 3 og 4); [2. Årkedeign Erlands (Brudst.; G. Side 41)]. Roskilde Claræ Klosters Arkiv, nu Arnemagn. Dipl. I, 3. Suhm X, 978 (hvorefter Dipl. Svec. I, 709); Rep. 311. — Testamentet er optaget i en Stadfæstelse af Årkebisshop Jakob 1262 Juni 8: Rep. 313. — Samme Dag som Testamentet udfærdigede Estrid et andet Brev om de deri trufne Ejendomsdispositioner: Rep. 312; 1268 udstede hun som Priorisse i Børringe Kloster to Dokumenter om det St. Claræ Kloster overdragne Gods: Rep. 369—70.

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego Estridis filia domini Nicolai filii Alexandri, presentis vite ambigue et mortis affiture inambigue non immemor, liberam mearum disponendarum rerum habens potestatem, nulla urgente egritudine, sed de bona voluntate et plena prehabita deliberatione ^atestamentum meum condidi^a in hunc modum: In primis igitur ad Dei et beate Marie virginis honorem ac meorum peccaminum remissionem contuli et scotavi in die sancto pentecostes coram clericis et laicis, qui ibidem aderant, omnia bona mea, que in Scania possedi, in domibus, in terris et^b nemoribus claustro sanctimonialium in Byrthingi, insuper in Selandia^c Salby et Asum cum omnibus suis attinentiis ibidem contuli perfecte et donavi. Preterea ^dKalslunde et Gøterleue^e, que in Selandia^e possedi, cum omnibus suis attinenciis contuli et scotavi claustro dominarum sancte Clare Roskildis sub hac forma, ut ex eisdem bonis solvantur ducente marce denariorum, que locis rell[!]giosis, hospitalibus et ecclesiis secundum dispositionem dilecti cognati mei fratris Astradi ^fde ordine fratrum minorum^f distribuantur.

^{a)} *Stadfæstelsen*: statui testamentum meum condere. ^{b)} *Sstds.*: in. ^{c)} *Sstds.*: Sialandia. ^{d)} *Sstds.*: Kalfunde et Goterlæue. ^{e)} *Sstds.*: Selendia. ^{f)} *Udeladt sstds.*

1 Istis autem rite ordinatis vovi et in continenti reddidi me ipsam
 claustro sanctimonialium in Byrthingi, quamdius^g superstes sum,
 Deo et beate Marie virginis servitaram, habitum secularem coram
 omnibus deponendo et habitum sancti Benedicti induendo. Exequo-
 tores autem presentis facti mei et testamenti ordinavi dominum
 2 Jacobum archiepiscopum Lundensem et dominum Erlandum ejus-
 dem loci archidiaconum et dominum Nicolaum Øndæ sun, suppli-
 cans eisdem in Domino, quatenus viriliter et veraciter se intromit-
 tant, ut hec presens donatio mea, seposita omni contradictione,
 possit stare firmiter et teneri^h, quorum etiam sigillis deliberavi et
 3 elegi presentem paginam consignari. Rogo autem omnes et singu-
 los, quod huic donationi mee sint favorabiles et benigni, ⁱquod
 possit vim roboris et firmitatis optinere. Quicumque autem huic
 donationi mee nisus fuerit contrariari vel impedire, obligatus sit
 Deo et beate^k virginis super hiis ^lin die novissimo^l respondere.
 Actum Byrthingi anno Domini m^oc^ol^oxij^o quinto kalendas junii.

6.

1263 Maj 17. Margareta, Hr. Johannes Gunnisøns Efterleverske.

Testamentet foreligger i to Udfærdigelser: A. Perg. med 5 Segl: 1. Dronning Margretes, afbildet Dipl. Arnemagn. I, Tab. IV, 4; 2. Kannik Peders i Aarhus (G. 746); 3. Provst Peders (G. 197); 4. Roskilde Minoritert-
 klostres (G. 440); 5. Roskilde Clarae Klosters (G. 424). — B. Perg. med
 [2] Segl: 1. Roskilde Clarae Klosters, forskelligt fra ovennævnte (G. Side 33). Roskilde Clarae Klosters Arkiv, nu Arnamagn. Dipl. LII, 6 og 7. Suhm X,
 979 (efter B.); Rep. 318.

4 In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Quoniam
 humane fragilitatis conditio ad mortis januas prolabitur incessanter,
 nec quicquam incercius sit mortis hora, utile, immo necessarium est
 indesinenter manu valida et constanti meritis cumulandis instare in
 tempore, unde bravium retributionis divine percipiatur in eternitate.
 5 Ideoque ego Margareta relicta domini Johannis Gunnisø, anime mee
 salubriter ^amodis omnibus^a providere disponens et spretis mundi
 diviciis transitoriis in habitu sancte religionis meo creatori de-
 cetero deservire decernens pro deliciis eternaliter permansuris, in

^{g)} Sstds. indskydes: in hac vita. ^{h)} Sstds.: roborari. ⁱ⁾ Sstds. indskydes:
 ot. ^{k)} Sstds. indskydes: Marie. ^{l)} Fattes sstds.

^{a)} Fattes B.

bona mentis et corporis valetudine constituta, de bonis michi a Deo ¹ collatis ordinare decrevi in hunc modum: In primis noverint universi, me in communi placito Wibergensi cuilibet heredum meorum, quibus debui, de bonis meis portionem competentem et debitam assignasse, scotatione mediante, quam libere voluntatis arbitrio acceptabant et se habebant pro pacatis, michi et meis omnibus ab ² omni ipsorum impetione in posterum libertatem omnimodam publice et firmiter promittentes. Me autem et omnia bona mea residua do plenarie et confero clauistro sororum sancte Clare ordinis sancti Damiani Roschildis reclusarum, cum quibus et recludi volo et in ipsarum habitu pro divini nominis honore disciplinis regularibus ³ ^bdeinceps^b insudare. Bona vero predicta sunt hec: Terra in Winklæ^c valens novem marcas auri; terra in Riinzmark valens xvij marcas auri; in Scoghtorp v marcas auri; in Rumælund mark duas marcas auri et dimidiam; in Breezriismark vi marcas auri; in Kirkæbek^d mark marcam auri et duas marcas argenti. ⁴ Preterea in remedium anime mee et meritum lego et confero clauistro monialium sancte Marie de Randrus x marcas denar. de preventibus bonorum jam dictorum persolvendas. Item fratribus minoribus ibidem v marcas denar. Item domui leprosorum ibidem marcam denar. Item claustro sancti Botolfi Wibergis v marcas ⁵ denar. Item fratribus predictoribus ibidem ij marcas denariorum. Item fratribus minoribus ibidem v marcas denar. [Item^e] domui leprosorum ibidem ij marcas denariorum. Item fratribus minoribus in Sleswich^f x marcas denar. [Item^e] claustro monialium ^bbeate virginis^b ibidem iij marcas denar. [Item^e] sorori mee, moniali ibidem, tantum. [Item^e] cuidam pauperi clericu nomine Hœu^g v marcas denar. Item ecclesie Winklæ dimidiam marcam denar., persone ejusdem ecclesie tantum. Item ecclesie Riind ij horas^h denar., sacerdoti ibidem tantum. Item ecclesie Fiskæbekⁱ duas horas^h denar., sacerdoti ibidem tantum. Item Roschildis fratribus ⁷ minoribus ij marcas denar. [Item^e] fratribus predictoribus ibidem marcam ^bdenar.^b Item duabus beeginis^k ibidem, videlicet Thore et Thruen, marcam denar. Item novo hospitali ibidem marcam denar. [Item^e] domui^l leprosorum ibidem marcam denar. In-

^{b)} *Fattes B.* ^{c)} *B:* Winclæmark. ^{d)} *B:* Kirkibek. ^{e)} *Saaledes B.* ^{f)} *B:* Sleswiik. ^{g)} *B:* Hœy. ^{h)} *B:* oras. ⁱ⁾ *Saaledes B;* *A:* Viskebæth. ^{k)} *B:* beginias. ^{l)} *B:* hospitali.

1 super e marcas denar. mee dispositioni volo infra annum reser-
 vari pro debitibus meis persolvendis et restitutionibus faciendis, si
 forsan de aliquibus michi suggesserit in posterum dictamen con-
 scientie ordinate. Ad majorem vero "predictorum" certitudinem ac
 firmitatem presentem litteram sigillis illustris domine M. regine
 2 Dacie, domini Petri prepositi Roschildensis et fratum minorum
 ibidem ac meo proprio et aliorum feci consignari. Actum Roschil-
 dis anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo tercio xvi.
 kalendas junii.

I B er tilføjet efter Brevets Slutning:

3 Unde ne aliquibus detur erroris vel malignandi facultas presens tran[s]-
 scriptum fecimus sigillis domini Petri prepositi Roskildensis et sororum inclu-
 sarum ibidem consignari;

paa Bagsiden staar:

Testamenta domine Margarethe quondam abbatisse, relicte prius
 domini Johannis Gunnisß.

7.

1268 Nov. 18. *Gro, Hr. Esbern Wagnsuns Efterleverske.*

Perg. med [9] Segl: 3. Magister Vilhelms (G. Side 18); 4. Kannik Jakob
 Tukonis (G. 198); 6. S' FRM..... om Helgenbilleder; 8. Roskilde Clarae
 Nonners (G. 425); 9. Gros (A. 37). Roskilde Clarae Klosters Arkiv, nu
 Arnemagn. Dipl. LII, 24. Suhm X, 995; Rep. 382. — Esbernus Wængsun
 giver i et Brev, dateret 1268 uden Dagsangivelse, sin Hustru Tilladelse til
 at indtræde i Clarae Kloster: Rep. 384.

4 In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Quoniam
 humane fragilitatis condicio ad mortis januas prolabitur incessanter,
 nec quicquam incercius sit mortis hora, utile, immo necessarium
 est indesinenter manu valida et constanti meritis cumulandis in-
 stare in tempore, unde bravium retributionis divine percipiatur in
 5 eternitate. Ideoque ego Gro, uxor quondam domini Esberni Wagn-
 sun, anime mee salubriter omnimodis providere disponens et spretis
 mundi diviciis transitorii in habitu sancte religionis meo creatori
 decetero deservire decernens pro deliciis eternaliter permansuris,
 in bona mentis et corporis valitudine constituta, de bonis michi a
 6 Deo collatis, de licencia plena et assensu benivolo dilecti quondam
 mariti mei predicti, ordinare decrevi in hunc modum: In primis

m) Fattes i B.

noverint universi, me in placito, quod dicitur Ymbersusyl, taliter 1
 disposuisse cum michi attinentibus titulo parentele, quod se habe-
 bant pro pacatis, michi et meis omnibus ab ipsorum omni impe-
 titione in posterum libertatem omnimodam publice et firmiter pro-
 mittentes. Me autem et quinque curias meas cum omnibus suis
 attinenciis, mobilibus et immobilebus, quarum scilicet curiarum una 2
 est in Styhfnø, alia in Bahrthorp ad orientem, tercia in Styfhring,
 cum molendino ibidem, relique due in Thyud villa Høstrlid, do
 libere et confero, quas et scotavi in predicto placito et super al-
 tare sancte Clare Roschildis, presentibus dominis Petro preposito,
 Petro archydyacono, magistro Wilhelmo, magistro Nicolao Thru- 3
 goti, Jacobo Tuconis et Arnwido, canonicis Roschildensibus, et
 aliis quampluribus clericis et laycis, dedi inquam et scotavi clau-
 stro sororum ordinis sancte Clare Roschildis reclusarum, cum qui-
 bus et recludi volo et in ipsarum habitu pro divini nominis honore
 disciplinis regularibus vite mee tempore insudare. Preterea dilecta 4
 soror mea domina Margareta, relicta domini Iwari Thachisun, tene-
 tur michi persolvere centum marcas monete usualis, quas sibi relin-
 quo libere et condono. Alteri dilecte sorori mee domine Bøtheld,
 uxori Nicholai Croc, dedi curiam meam in Budorp, valentem cen-
 tum marcas denariorum, exceptis duobus longis rathelangi, que sibi 5
 non dedi. Nam illud rathelang ad occidentem curie confero moni-
 alibus in Alburg, illud vero, quod stat ex opposito, monialibus in
 Hunslund. Nicolaus vero Croc, dilectus sacerdos meus, duas curias
 a me comparavit, unam in Budorp ad austrum et aliam in Gra-
 welhøu pro precio competenti. Unam curiam meam in Gunørstorp 6
 dedi ancille mee Katherine, valentem ^al marcas monete usualis ^a.
 Insuper xiiij hospitalibus in Jucia confero xiiij marcas denariorum.
 Item claustro Westerwich duas marcas denar. Claustro Sybørhu
 tantum. Claustro Hø tantum. Claustro Wrælef hantum. Clau-
 stro Børlaund tantum. Claustro monialium in Alburg tantum. ⁷
 Fratribus minoribus ibidem tantum. Claustro Glønstorpe duas mar-
 cas denar. Claustro monialium in Randrus tantum. Fratribus
 minoribus ibidem tantum. Claustro Hescønhbec tantum. Fratri-
 bus predictoribus in Arus tantum. Claustro canonicorum Wi-

^{a)} *I det nedennævnte, udaterede Brev stod her oprindeligt: sexaginta mar-
cas denariorum.*

1 bergis duas marcas denar. Fratribus predictoribus ibidem tantum.
 Fratribus minoribus ibidem tantum. Claustro monialium ibidem
 tantum. Claustro Hasmønd^b ultra stagnum tantum. Claustro Al-
 fing tantum. Claustro Twilum duas marcas denar. Fratribus mi-
 noribus in Horsnes tantum. Claustro Høm tantum^c. Claustro
 2 Wising tantum. Claustris in Hafhesilh^d, Stubthorp et Ghuthum,
 cuilibet eorum duas marcas denar. Claustro monachorum in Høtøn-
 søn^e duas marcas denar. Claustro Dalum tantum. Fratribus mi-
 noribus in Svyneburg tantum. Altari in Welø, quod construxit
 maritus meus, quondam dominus Esbernus Wagnsun, duas marcas
 3 denar. Claustro Grindescløs tantum. Hospitali sancti spiritus
 Roschildis tres marcas denar. Fratribus predictoribus ibidem duas
 marcas denar. Fratribus minoribus ibidem tantum. Fratribus mi-
 noribus in Hafen tantum. Fratribus minoribus in Nøstwet tantum.
 Fratribus minoribus in Kalundeburg tantum. ^fHospitalariis sancti
 4 Johannis in Anduordskøh viij marcas denar.^f Ecclesie Høstrøld
 marciam denar. Ecclesie Grafløf tantum. Ecclesie Wifø duas mar-
 cas denar. ^gPro predictis vero persolvendis dedi et scotavi tres
 curias alias, unam videlicet in Barthorp ad occidentem et duas in
 5 Wipthorp, claustro sancte Clare memorato, quas quidem curias
 dictum claustrum recepit, hac tamen conditione, ut de redditibus
 annuis harum trium et aliarum quinque, quas ipsi claustro contuli,
 dictarum curiarum mee expense in ingressu meo et mea debita ac
 mea donatio hic conscripta de anno in annum fideliter persolvantur,
 exceptis duntaxat xij marcis denariorum vel circa de eisdem
 6 redditibus summendis, qui ad sustentationem mei cedent in usus
 claustri. Nec volo ipsum claustrum inclamari a quoquam vel
 molestari occasione hic conscriptorum, sed bona fide de anno in
 annum, ut dictum est, solventur omnia, prout facultas claustri
 suppetet et sororum necessitates pacientur, sed et sicut terra dederit
 7 fructus suos. De predictis etiam curiis tribus deputo xx marcas
 denariorum pro debitibus dilecte matris persolvendis^g. Ceterum Petro

^b) *Sstds.*: Hasmøld. ^c) *Sstds. indskydes*: Claustro Høsr. ^d) *Sstds.*: Ha-
 thesilh; over ter skrevet: r. ^e) *Sstds.*: Hotønsøu. ^f) *Staar sstds. som en*
Tilfejelse med anden Haand allersidst efter: Amen. ^g) *Sstds. staar i Stedet*:
 Tres curias meas, unam videlicet in Barthorp et duas in Wipetohtp, pono pro
 debitibus meis et expensis et debitibus matris mee; de preciis dictarum curiarum
 pono viginti marcas denariorum pro persolvendis debitibus matris mee.

Palnisun, dilecto germano meo, do terram in Thyudh valentem 1
 xx marcas denar. Putativo fratri meo Thorkillo Gunnersun terram in
 Thyudh valentem xvi marcas denar. Consanguineo meo Gunni
 Kethelsun xij marcas denar. ^{b)} Dominus Nicolaus Croc gener meus
 tenetur michi in iij marcas denar. pro annonae, quarum duas confero
 nutrici mee Thyry in Thudessusyl, alias duas in Thostorp ad sanctam 2
 crucem. Ad majorem vero predictorum certitudinem ac firmitatem
 presentem literam sigillis supradictorum dominorum prepositi, archy-
 dyaconi et canonicorum ac sororum dictarum ordinis sancte Clare
 Roschildis et fratrum minorum ibidem necnon meo proprio sigillo
 feci consignari. Actum Roschildis anno domini millesimo ducen- 3
 tesimo lxxvij^o xiiij^o kal. decembris.

Paa Brevets Bagside staar med jævnaldrende Haand:

Tantum est solutum de testamento isto sororis Gro: Gunni filio
 Ketillo[!] vi marcas denar., Nicolao dicto Pyping iij marcas denar.,
 ecclesie Budethrop iij marcas denar., ecclesie Graneloes unam marcam
 denar., fratribus minoribus in Randros unam marcam denar., fratribus 4
 minoribus in Neswit duas marcas denar., fratribus minoribus in Svine-
 burg due[!] marcas denar.

*De samme Bestemmelser, om end i afvigende Form og Rækkefølge, er
 desuden indførte i et andet Brev af Gro, Rep. Udat. 156, hvis Begyndelse
 og Slutning lyder saaledes:*

Omnibus presentes litteras inspecturis Gro filia domini Gunni
 dicti Wint salutem in Domino sempiternam. Nullus discretorum juste
 poterit criminari, quod aliquis velit pro transsitoris eterna sibi com- 5
 mutari, quia omnis homo moritur et nullus plus in alia vita recipit,
 quam hic pro Deo dedit. Hinc vestre universitati notifico per presen-
 tes, quod ego Gro, que fui uxor domini Esberni Wowensun, non timore
 afficta, nec suuazione aliter inducta, sed inspiracione spiritus sancti,
 auxiliante Dei genitrice Maria, in modum subscriptum pro mea volun- 6
 tate distribui bona mea: Claustro sororum sancte Clare Roskildis con-
 tuli v curias . . .

Per omnia benedictus Deus in secula seculorum. Amen.

^{b)} Det følgende fattes sstds.

8.

1269 Okt. 21. Erland, Årkedegn i Lund.

*Tabt Orig. i Lunde Kapitels Arkiv. Afskrift i Lundebogen S. 205 med
Overskrift: Super altari domini electi Erlandi, quod presentabit dominus archidiaconus,
et testamentum ejusdem. Dipl. Svecanum I, 449; Rep. 391. Jfr.
Lunde Domkapitels Gavebøger S. 210 ff.*

1 Cum diem vocacionis sue Deus omnibus velit esse incertam,
ne per repentinum ejus adventum impediri valeat, quod misericorditer largiendum decrevit, ultime voluntatis, qui non redit, pius affectus, ego Erlandus Lundensis archidiaconus in nomine patris et filii et spiritus sancti meum in hunc modum condo testamentum:
2 Ad edificationem cuiusdam altaris in ecclesia sancti Laurencii, ubi capitulo Lundensi congruum videbitur, et ad victimum sacerdotis, qui illud officiabit, mansum integrum, quem [emi?] per Felicem fratrem meum in Fiæløge, in quo presidet villicus Trugotus, cum omnibus mobilibus et immobilibus ad me in dicto manso pertinentibus,
3 item tres quadrantes in Øndæthorp, quos tenet Ako willicus, in oriente ipsius ville cum omnibus mobilibus ad me pertinentibus ibidem, item mansum integrum, quem habeo in Skræplingæ orientali, ubi sunt duo villici, cum omnibus mobilibus ad me pertinentibus ibidem, item curiam Lundensem, quam emi de heredibus
4 Twonis sacerdotis, et fundum, in quo sita est stupa, in qua cum sociis meis et familia balneare consuevi, cum omnibus et singulis domibus sitis in fundis utrisque, in primis do et lego sub hoc modo, quod dictus sacerdos singulis diebus dominicis [*per se*] vel per alios, nisi legitimo et canonico impedimento fuerit impeditus, missam
5 teneatur dicere de sancta trinitate, singulis secundis feriis alternatim de angelis et de apostolis, singulis terciis feriis alternatim de beato Laurencio, sancto Stephano et beato Vincencio, singulis quartis feriis alternatim de beato Nicolao et sancto Francisco, singulis quintis feriis de beata Katerina et sancta Margareta, singulis sextis
6 feriis alternatim pro peccatis et pro defunctis, singulis sabbatis de beata Dei genitrice virgine Maria, et quod dictus sacerdos diebus festivis et sollempnibus chorum frequentare teneatur et interesse matutinis, misse et utrisque vesperis. Item dicti sacerdotis institucio ad prenominatum altare ad archidiaconum pertineat, qui pro tempore fuerit, statuo. Item unum quadrantem terre, quem emi in Flætøge a Sægut, cum omnibus mobilibus ad me pertinentibus

ibidem, item dimidium quadrantem in Thothathorp cum omnibus ¹
 mobilibus ad me pertinentibus ibidem do, lego sub hoc modo,
 quod de redditibus, qui proveniunt de terrulis memoratis, una
 marcha denar. deducatur ad pitanciam canonicorum Lundensium
 die anniversarii mei, dimidia marcha ad sacrificium et marcha denar.,
 modo quo potest equiori, dividatur inter vicarios et scolares, qui ²
 interfuerint misse anniversarii mei; xij[?] ore volo quod dividantur
 inter predicatores, fratres minores, hospitale leprosorum et hospi-
 tale spiritus sancti et alios pauperes, sicut domino decano, qui pro
 tempore fuerit, equum videbitur, cuius ordinacioni eo^a modo, quo
 dictum est, dictas terrulas committo, et si plus solverint, quam ³
 dixi, volo, quod residuum cedat usibus decani. Item molendinum,
 quod habeo in Flætoghæ, lego mense canonicorum, equicum, quod
 habeo ibidem, archiepiscopatui. Omnia prata ad me spectancia
 in Stangby lego claustro monialium sancti Petri Lundis; item
 pratum, quod habui de magistro Felice et quod interjacet pratis ⁴
 spectantibus ad Raby maglæ, decanatui. Item Siwithruth, quod
 est in parrochia Withingi in Hallandia, lego mense fratrum de
 Hærwado. Item omnibus constare volo, quod tota terra, quam
 emi in Flæløghe, scilicet duo mansi et tercia pars mansi, item tota
 terra, quam emi in Øndæthorp, que continet quinque quadrantes, ⁵
 empte sunt de denariis pertinentibus ad archiepiscopatum; unde
 volo modis omnibus, quod cedant archiepiscopatui. Preterea ad
 fabricam Lundensis ecclesie lego quatuor marchas denar., ecclesie
 omnium sanctorum duas marchas denar., claustro monialium Lundis
 duas marchas denar., fratribus predicatoribus duas marchas denar., ⁶
 fratribus minoribus Lundis duas marchas denar., hospitali sancti
 spiritus duas marchas denar., hospitali leprosorum duas marchas
 denar., singulis ecclesiis parochialibus Lundis oram denar., singulis
 sacerdotibus parochialibus Lundis duas oras denar., ecclesie Flæ-
 tøghe quatuor marchas denar., presbitero ibidem marcham, ecclesie ⁷
 Fialøghe duas marchas, presbitero ibidem marcham denar., ecclesie
 Malmøe superiori duas marchas denar., ecclesie Malmøgh inferiori
 quatuor marchas denar., ecclesie Hæding duas marchas denar., mona-
 sterio Dalby duas marchas denar., Tumæthorp duas marchas denar.,
 Ewith duas marchas denar., Bækiæskogh duas marchas denar.,

a) *Afskr.*: et.

1 Sirithkepeng duas marchas denar., claustro As in Hallandia duas
 marchas denar. Ut ergo omnia et singula, que premissa sunt, firma
 permaneant atque rata et ne propter inopiam probacionum et
 testium, dum discedunt, super premissis calumpnia in posterum
 valeat suboriri, presens meum testamentum sigillo Lundensis ca-
 pituli, domini Joon Litle et proprio atque dominorum Jacobi
 Bransß, Petri Torlakß, Nicolai dilecti fratriss mei et aliorum ami-
 corum meorum sigillis feci consignari. Actum Lundis anno domini
 mcclx nono xij. kalendas novembris. Exsequores autem testamenti
 mei constituo dominum Joon Litle et dilectos concanonicos meos
 magistrum Nicolaum Thorchilli et magistrum Trygotum Tukonis.

9.

1272 Okt. 17. *Broder Ønderus, Søn af Fadher af Karsthorp.*

Orig. paa Perg. med [3] Segl: 1. Nils Absalonsens (A. 40); 3. Minoriterbrodrenes ved St. Claræ (G. 428). Roskilde Claræ Klosters Arkiv, nu Arnamagn. Dipl. LII, 29. Rep. 407.

3 Viris honestis et discretis omnibus presentem litteram audituris
 frater Ønderus quondam filius Fadheri de Karsthorp^a, nunc vere [1]
 dictus gardianus fratrum minorum apud sorores sancte Clare Roskildis
 reclusarum [1] commandantum, salutem sempiternam in omnium
 salvatore. Quoniam gesta fidelium obfuscare solet malitia per-
 versorum, nisi litterarum testimonio receperint firmamentum, ad
 noticiam igitur universorum tam futurorum quam presentium de-
 venire cupio et affecto, quod in seculari statu et habitu existens,
 compos omnium sensuum meorum, nulla molestia, injuria aut egrit-
 tudine coactus, set ut spero sola divine bonitatis gratia et clemen-
 tia ad statum religionis me vocante, bona temporalia michi a Deo
 collata et concessa et que post parentes meos felicis recordationis
 me jure hereditario contingent, disposui et ordinavi, prout in
 subscriptis continetur: In primis germano meo nomine Kanuto
 bone memorie dedi, que habui in Karsthorp, sicut et terram et domos
 sine pecoribus et supellectili, et scotavi in manus suas. Aghoni
 filio meo dedi omnia, que mea fuerunt in Lufxæthorp et in Vlke-
 thorp, terram et domos cum pecoribus et universo supellectili,
 quod inibi erat. Sororibus vero sancte Clare Roskildis reclusis

^{a)} *Orig.: Karfhorp eller: Karthorp.*

legavi in remedium anime mee terram totam, quam possedi in 1
 Gufærud^b, videlicet censem decem soll[!]idorum, et scotavi cuidam
 earum villico nomine Petrus[!] Bo sun, set domos ibidem et cetera
 mobilia vendidi sororibus supradictis pro certis denariis, cum quibus
 persolvi debita, que contraxeram. Hec omnia dedi, feci et scotavi
 una et eadem die, nullo reclamante aut contradicente, multis viris 2
 providis, honestis et fidedignis presentibus in placito Tusæ hæret
 et videntibus. Ne igitur prefatis sororibus super hac donatione
 mea possit a[liqua] infestatio aut molestia suboriri, predicta bona
 eisdem approprio et ratihabitionem presto libere pro sue voluntatis
 arbitrio disponenda. Actum anno Domini m^oc^olxx^oij. in profesto 3
 beati Luce ewang[el]iste. In cujus facti robur et evidentiam pre-
 sentem litteram sigillis domini Nicolai Absolonis advocati Roskil-
 densis et meo personali, quod habui in statu seculari, et quod
 nunc habeo ex offo[!]tio gardianie, memoratis sororibus confero
 communitam.

10.

1274 Aug. 16. Magister Nicolaus Thorkilli, Kannik i Lund.

*Tabt Orig. i Lunde Kapitels Arkiv. Afskrift i Lundeboegen S. 223 med
 Overskrift: Testamentum magistri Nicolai Thorkilli super anniversario suo de
 bonis in Saxtorp. Dipl. Svecanum I, 477; Rep. 419. Jfr. Gavebøgerne S. 203ff.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego Nicolaus 4
 Thorkilli dictus magister, canonicus Lundensis, mee compos mentis
 ac sanus corpore, meum in hunc modum condo testamentum: In
 primis ad terram sanctam lego xx marcas denariorum, ad fabricam
 Lundensis ecclesie sex marcas denar., ad mensam communem cano-
 nicorum Lundensium xx marcas denar. de rebus mobilibus, quas 5
 habeo in Aby ultra estimacionem, quam canonicis Lundensibus ex-
 hibere teneor de bonis ibidem. Ad sustencionem cujusdam sacer-
 dotis, qui chorum diebus ac noctibus sollempnibus et festivis fre-
 quentat, lego et scoto per presentes totam terram in Saxtorp,
 que jure hereditario post dilectum avunculum meum dominum Thu- 6
 conem Cristiarni quondam filium michi cessit, ac medietatem terre
 ibidem, quam habui de domino Thorkillo Billæ, ut singulis septi-
 manis dictus sacerdos tres missas celebret pro defunctis, ita videlicet

^{b)} *I en omtrent samtidig Paaskrift: Gythæryth.*

1 ut una die missam celebret pro anima mea, sequenti die pro anima
 patris mei dilecti domini ^a Thorkilli dicti Billæ et dominorum Thu-
 chonis et Ebonis avunculorum meorum, tercia die pro anima
 dilecte matris mee domine Benedicte et sororum mearum domina-
 rum Margarete, Cecilie atque Johanne, et hoc ad altare sancte
 2 Marie Magdalene et beati Nicolai in cripta, si placet capitulo Lun-
 densi. Et ante incepionem singularum missarum volo et statuo,
 quod sacerdos memoratus affectuose et humiliter hortetur circum-
 stantes, ut singuli suum dicant pater noster pro animabus, quibus
 missam celebraturus est. Volo eciam, quod dictus sacerdos aliis
 3 tribus diebus alternatis septimanis celebret missam de sancta Maria,
 de sancto Michaeli, de beata Maria Magdalena, de beato Nicolao,
 de sancta Katerina, de sancta Margareta, cum se sibi facultas
 obtulerit. De pensione autem relique terre, quam habeo in Sax-
 torp, volo, quod inde singulis annis in choro Lundensi meus aga-
 tur anniversarius et patris mei et matris mee, ita quod in singulis
 anniversariis dimidia marca denar. offeratur, quam volo dividi inter
 canonicos et vicarios, qui vigiliis et misse interfuerint, prout do-
 mino decano et capitulo equum visum fuerit. Item volo, quod de
 ea ad pitanciam canonicorum die anniversarii mei ex parte mea
 5 detur dimidia marca denar., pauperibus scolaribus due ore denar.,
 aliis pauperibus due ore denar. Si quid autem residuum fuerit de
 pensione memorata, volo, quod inde procurent necessaria ipsius
 altaris. Item ecclesie omnium sanctorum marcam denar., ecclesie
 sancti Petri ad moniales marcam denar., ecclesie predicatorum
 6 marcam denar., ecclesie minorum marcam denar., ad ornatum
 sanete crucis, que est in cripta, quatuor marcas denar., sin-
 gulis sacerdotibus Lundis parrochiis deservientibus oram denar.,
 ecclesie Dalby ij marcas denar., ecclesie Tumæthorp ij marcas denar.,
 ecclesie Brysethorp^b marcam denar., ecclesie Wæmundelef marcam
 7 denar., ecclesie Saxtorp marcam denar., ecclesie Halmstathe in Hal-
 landia marcham denar. et sacerdoti dimidiā marcham^c ... Datum
 Lugduni anno domini mcclxxiiij. in crastino assumptionis beate
 virginis.

a) *I Dipl. Svec. staar efter dette Ord urigtigt: l.* b) *Dipl. Svec. læser urigtigt: Krysethorp.* c) *Herefter bemærker Skrivenen: De hoc testamento amplius legere non potui nisi interpolatim per pauca verba. In fine sic habetur:*

II.

1283 Aug. 1. Haquinus, Ærkedegn i Lund.

Tabt Orig. i Lunde Kapitels Arkiv. Afskrift i Lundeboen S. 164 med Overskrift: Fundacio et dotacio altaris beati Vincencii per dominum Haquinum archidiaconum cum suo anniversario, og med Tilfejelse: Hujus testamenti est unum vidisse in V (d. e. anfert i Registraturen under Bogstavet V). Denne Vidisse findes endnu i det svenske Rigsarkiv og er udstedt 1350 Marts 12: Dipl. Svec. VI, 175; Rep. 2239. I Kapitlets Registrant fra 1425 siges om dette Brev: Item anniversarium ejus teneatur de una curia in Tattarp et alia in Litlæhamer. Item anniversarium patris sui Karoli tenebit fabrica de bonis in Lokkarp. Nedenfor gengives Testamentet væsentligst efter Vidissen (V); enkelte bedre Læsmaader er dog indsat efter Afskriften i Lundeboen (L.). Dipl. Svecanum I, 629; Rep. 486. Jfr. Gavebøgerne S. 75.

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego Haquinus ¹ Lundensis archidyaconus, sanus mente et corpore, diligenter adver-
tens humano generi nichil morte certius et nichil incertius hora
mortis, ideoque anime mee providere deliberans, de bonis michi a
Deo concessis testamentum meum seu ^a ultimam voluntatem condo
et ordino in hunc modum: In primis de consensu confratrum ²
meorum dilectorum dominorum, scilicet prepositi et decani totius-
que capituli Lundensis, eligo sepulturam in ecclesia beati Laurencii
inferius juxta gradus ante ^b altare beati ^b Vincencii martiris, et ad
honorem Dei et sancte virginis matris ejus ac meorum in remis-
sionem delictorum ad altare ejusdem sancti martyris sacerdotem ³
instituo, et bona, que possideo in Hæmminxdyngæ, scilicet decem
quadrantes terre, locum molendini juxta ripam maris et quatuor
fundos cum domibus et attinenciis suis ac estimacione triginta
trium marcharum usualis monete, que consistit in predictis fundis
ibidem, videlicet in fundo Nicholai dicti Kul x marchis, in fundo ⁴
Petri dicti Romær x marchis, in fundo Thorth totidem marchis
et in fundo Petri Gythæß iij marchis denar., eidem sacerdoti con-
fero et per scotacionem trado jure perpetuo possidenda, ut redditus
ex eis provenientes percipiat et pro sue voluntatis arbitrio libere
disponat, hiis condicionibus adjectis, quod omni die dominico, ⁵
quando fieri potest, per se vel per alium missam de sancta trinitate
dicat, ^cincipiendo ipsam post completum officium ad altare sancte
virginis^c, secunda feria de sancto spiritu, tercua feria de sancto
Laurencio et de sancto Vincencio alternatim, quarta feria pro
peccatis, quinta feria de sancto Nicholao et de^d sancta Katerina

^{a)} L: et. ^{b)} V: choro sancti. ^{c)} Fattes L. ^{d)} Fattes V.

1 alternatim, feria sexta pro fidelibus Dei defunctis, sabbato de beata
 virgine. Item ad predicta^e bona adicio et appono curiam, quam
 emi de Swenone Stumpæ, cum omnibus domibus in ea existentibus,
 solo excepto pomerio, ut sacerdos ad dictum altare canonice institutus
 ipsam curiam cum predictis bonis pacifice possideat et resi-
 2 denciam faciat in eadem. Item quia supradicto altari providi de
 calice, missali ac ceteris ornamentis et indumentis sacerdotalibus
 et rebus divino officio necessariis, volo, ut hec omnia in cista magis
 firma^f, quam ad hoc specialiter deputavi, caucius conserventur.
 Dictus eciam sacerdos in festis duplicibus et in^f diebus dominicis,
 3 quando potest, chorum in missa et in^f vesperis frequentabit. Volo
 insuper domino decano, qui pro tempore fuerit, jus instituendi
 sacerdotem ydoneum, cui altare predictum canonice conferat, atque
 ob delictum ejus, si forte contigerit, destituendi salvum et integrum
 remanere. Sacerdos vero ad idem altare institutus super bonis
 4 ipsi altari attinentibus liberam^g et plenam^g habeat ordinacionem,
 ita tamen quod per se de ipsis bonis immobilibus nichil vendere
 vel commutare seu quocumque tytulo alienare audeat, nisi hoc
 forte capitulo vel decano ^hvisum fuerit^h commodius expedire. De
 supradictis eciam fructibus antedicto altari appositis debet sacerdos
 5 quolibet anno dimidiam marcham denar. reponere ad reparacionem
 vestimentorum, librorum et ornatus dicti altaris secundum discre-
 cionem ipsius decani reservandam. Preterea ad fabricam ecclesie
 Lundensis lego duas curias meas in Lokkathorp, quas emi de Tu-
 chone Sægut ß, cum domibus et estimacione earundem, de quarum
 6 censu omni anno deducatur, quantum sufficiat ad oblaciones in
 anniversario patris mei Karoli filii Decaniⁱ. Item ipsi ecclesie lego
 unum becarium^k de auro, quem emi de Hethikkæ^l sartore, civi
 Lundensi, et volo ipsum transformari in calicem et ad decorum
 domus Dei et in mei memoriam conservari. Item mense canonici-
 7 corum lego curiam meam in Thorthæthorp in parrochia Thyrnæ-
 thor[p] ^mcum compositione et attinenciis^m. Item ad tenendum
 anniversarium meum in ecclesia memorata lego et per scotacionem
 trado curiam meam in Tathæthorpⁿ cum estimacione et omnibus

^{e)} L: predias. ^{f)} Ordet fattes V. ^{g)} Fattes L. ^{h)} L: viderint. ⁱ⁾ V ind-
 skyder her after: deducatur. ^{k)} V: bicarium. ^{l)} L: Echhikke. ^{m)} Disse Ord
 staar i L tilskrevne i Randen, men urigtigt indføjede ovfr. efter: calicem.
ⁿ⁾ L: Cathathorp.

suis attinenciis et aliam curiam in Hammær litlæ, hiis condicionibus annexis, quod de annuis ipsarum proventibus deducatur primo, quantum sufficiat ad offerenda ipso die anniversarii mei, deinde vicariis, qui misse et vigiliis affuerint^o, et pauperibus scolari- bus dimidia marcha denar. detur, canonicis ad pitanciam marcha denar., et decano, sub cuius ordinacione predicta bona esse volo,² pro labore suo marcha denar. similiter deputetur^p, residuum vero inter canonicos tam residentes quam non residentes, qui vigiliis et misse interfuerint, dividatur. Item ad altare beate virginis in ecclesia memorata lego curiam meam in Byrkæryth^q cum estimacione, silva et omnibus pertinenciis suis. Item quia venerabilis pater dominus Johannes Lundensis archiepiscopus tenetur michi viginti duas marchas argenti puri, sicut in suis patentibus literis continetur; medietatem hujus pecunie lego episcopatui, et de medietate partis residue confero terre sancte octo marchas puri et domino Nicholao Bassæbæk concanonico meo et socio iij marchas⁴ puri. Item predicto episcopatui ratione bonorum ejus, que diu habueram inter manus, lego omnia et singula, que possideo in Wyrlingæ. Item ad augmentum reddituum de Howesthorp, qui sunt ad usus pauperum scolarium deputati, confero bona in Thre- øher^r, que emi de Olauo dicto Wal^s pro centum xl marchis denar.;⁵ bona insuper iu Særesleph, que emi pro xl marchis usualis monete de domino Stigoto quondam concanonico meo, terram eciam, quam emi ibidem pro xiiij marchis denar., equicium quoque^t meum, quod habeo in dicto Howesthorp, predictis adicio, ut proinde plus mercedis et premii merear apud Deum. Item quadrantem terre, quam⁶ habeo in Wygethorp, cum pomerio, ubi residet Conradus, lego ad mensam presbiteri in Høertyftæ sub hac forma, quod^u omni anno teneat anniversarium matris mee, scilicet in vigiliis, missa et offerenda. Item terram, quam habeo in Berhingæ, confero mense presbiteri in Saxelthorp^v. Item vij festis in choro Lundensi per⁷ dominum Jacobum institutis appono terram in Billinghæ cum estimacione et domibus ibidem, quam habui de Asmundo per commutacionem terre in Raby lithlæ. Item Branthoni dyacono, clero meo, curiam meam in Lokæthorp^x cum dimidio^y manso terre, esti-

^o) *L*: interfuerint. ^p) *L*: deponetur. ^q) *V*: Byrkyryth. ^r) *L*: Treøghe.
^s) *L*: Wale. ^t) *V*: que. ^u) *L*: ut. ^v) *V*: Saxolthorp; *L*: Saxelthorpe. ^x) *L*: Locho- thorp. ^y) *L*: medio.

1 macione et domibus et ceteris pertinenciis suis et pratis in Vintær-
høhæ, quam videlicet curiam emi de Vffone Guzerthß^z, in qua re-
sidet Kanutus, lego jure perpetuo possidendam. Item Andree
dyacono librum decretalem et curiam meam in Vlfstorp cum esti-
macione et ceteris eidem curie adjacentibus. Item curiam meam
2 in Baræ, in qua residet Eskillus, cum estimacione et terra adja-
cente lego Nicholao dicto Bek. Item domino Thorth Thaat meum
søem^æ cum tentorio et eciā summario, valente ad minus x mar-
chas denar. Item Magno dicto Ast^s cognato meo equicium meum,
quod habeo in Saxthorp. Fratribus predictoribus Lundis v mar-
3 chas denar., fratribus minoribus ibidem v marchas denar.^a, claustrō
sanctimonialium Lundis duas marchas denar. Tribus consanguineis
meis, monialibus ibidem, videlicet Margarete, Towæ et Lucie, vi
marchas denar. Monasterio omnium sanctorum Lundis ij marchas
denar. Hospitali infirmorum Lundis ij marchas denar. Hospitali
4 sancti spiritus ibidem curiam, quam habeo in parrochia sancti Ste-
phani, et lectum meum, in quo jacere conswevi, cum suis pertinenciis.
Singulis parrochialibus ecclesiis Lundis duas oras denar., presbiteris
earundem tantum, ministrorum cuilibet oram denar. ^bSingulis ecclē-
siis ruralibus, in quarum parrochiis aliquas possessiones habeo, duas
5 marchas denar., presbiteris earundem tantum, ministrorum cuilibet
oram denar.^b Item Nicholao Scanung nepoti meo pratum, quod
dicitur Hæsteng, quod emi de Ernkee^c cive Lundensi, et unum
hæmeth melius, quod habeo. Item Petro Kyr curiam unam in
Ertyftæ, quam emi de Achone Wypæ. Item domino Laurencio
6 sacerdoti ij marchas denar. et collobium cum pellibus martirinis.
Item domino Petro ad altare beate virginis iij marchas denar. et
collobium blavium cum serico forratum sive polidrum de equicio
meo, valentem iij marchas denar.^d Singulis famulis meis mecum
equitare consuetis polidrum iij marchas denar. ad minus valentem.
7 Item ^efamilis meis^e in curia mea Lundis ij marchas denar. inter
se dividendas. Gerardo Godefridi iij marchas denar. aut polidrum
equivalentem. Domini Johanni parochiali, sacerdoti meo, polidrum
de equicio, iij marchas denar. valentem. Thorth Æseß unum poli-
drum. Item Asæ matertere mee ij marchas denar. et unam vaccam.

^{z)} L: Gurethß. ^{æ)} L: lgem. ^{s)} L: Æst. ^{a)} Fattes L. ^{b)} Fattes L. ^{c)} L.
Ernkæ. ^{d)} Ordet fattes L. ^{e)} V: familie mee.

Merde procuratrici mee vaccam unam in curia mea Lundis meliorum. Viduis, orphanis et aliis pauperibus in Ertyftæ ij oras annone inter se distribuendas. Item Nicolao Knutß fratreli meo curiam meam in Øthæløf cum estimacione et ceteris^f ad ipsam spectantibus. Item sorori sue curiam unam in Grytby meliorem, in qua residet Petrus, quam volo sub ordinacione domini Thorth² Thaat permanere, donec eidem puelle, ^gsorori sue^g, de viro legittimo sit provisum. Item Jacobo clero meo breviarium meum et unum librum, leges patrie continentem. Item ad emendum librum missalem, de quo superius memoravi^h, providi xij marchas denariorum novorum et legalium conferendas. Executoresⁱ hujus testamenti^j constituo dominos Nicholaum Bassebæk et Petrum Thrugoti, dilectos concanonicos meos, et dominum Thord Thaat, consanguineum meum supradictum. Ut autem premissa omnia et quodlibet premissorum^k robur optineat firmitatis, presenti scripto sigillum meum apposui, quod eciam sigillis Lundensis capituli et dominorum dictorum mei testamenti executorum pecii roborandum ad cautelam et evidenciam firmorem^l. Actum Lundis anno domini mclxxxiij^o in ad vincula sancti Petri.

12.

1285 Aug. 23. B[enedikt], Degr i Lund.

Tabt Orig. i Lunde Kapitels Arkiv. Afskr. i Lundebogen S. 224 med Overskrift: Super bonis in Bielthorp, que habet decanus. Langebek har set Orig. i Stockholm, men har ikke rettet sin efter Lundebogen tagne Afskrift derefter. Dipl. Svecanum I, 666; Rep. 509. Jfr. Gavebogerne S. 265.

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Universis⁵ presentes literas inspecturis B. decanus Lundensis in Domino salutem. Noverit universitas vestra, quod ego, licet eger corpore, sanus tamen mente, volens ad majorem certitudinem et cautelam meam voluntatem ultimam declarare, presens scriptum meum volo esse testamentum: In primis igitur in remedium anime mee et⁶ salutem lego de bonis et rebus michi a Deo concessis terram, quam habeo in Bialthorp, instructam cum xij marcis denariorum, ecclesie Lundensi, ita quod fructus inde annuatim pro-

^f) *L:* terris. ^g) *Fattes V.* ^h) *V:* dixi. ⁱ) *V:* executores. ^k) *Fattes V.* ^l) *L:* ampliorem.

1 venientes taliter distribuantur, videlicet fabrice dicte ecclesie dimidia marca, canonicis autem et vicariis, qui vigiliis et missis animarum in anniversario meo interfuerint, dimidia marca, ad offerendum due ore et pauperibus scolaribus ij ore, item ad recreationem canonicorum ibidem eodem die dimidia marca, predictoribus etiam Lundis ij ore et fratribus minoribus tantum; decanus autem Lundensis, qui pro tempore fuerit, quem dictorum bonorum volo esse procuratorem, residuum percipiat. Item singulis v altari bus inferioribus Lundensis ecclesie lego ij oras denar. et presbiteris singulis ibidem tantum. Beate Marie Magdalene in cripta ij marcas, presbitero ibidem ij oras denar. Terre sancte pro redempcione crucis mee xij libras Thuronensium nigrorum. Ecclesie omnium sanctorum Lundis ij marcas denar. Sanctimonialibus Lundis ij marcas denar. Cuidam moniali ibidem, dicte Aettæ, marcam denar. Fratribus minoribus ibidem bibliam meam.
 4 Hospitali sancti spiritus dimidiad marcam. Hospitali leprosorum dimidiad marcam. Singulis ecclesiis parochialibus Lundis ij oras, singulis presbiteris tantum. Ecclesie Stangby ij marcas, vicario ibidem marcam. Ecclesie Hwitinge nørre quatuor marcas denar. et omnes domos, quas possideo in ejus fundo; presbitero ibidem sorcocium meum; ministro ecclesie ibidem marcam. Singulis ecclesiis in Hartagre hæret ij oras denar. et singulis presbiteris ibidem tantum. Pauperibus illius hæret marcam ordei. Ecclesie Ørghe dimidiad marcam, presbitero ij oras. Ecclesie Thorløse ij oras et presbitero tantum. Ecclesie Ask marcam et presbitero ij oras. Ecclesie Billinge ij oras et presbitero tantum. Item monasterio de Heruado ij marcas. Monasterio de Aas marcam. Monasterio de Øwith marcam. Monasterio in Tumrop marcam dimidiad et monasterio in Bækaskow tantum. Item predictoribus in Hælsinburg dimidiad marcam. Fratribus minoribus in Træleborg dimidiad marcam. Fratribus minoribus in Ystath tantum. Hospitali leprosorum apud Tummorp ij oras. Predictoribus [in] Aas dimidiad marcam et hospitali ibidem ij oras. Item Inge man famulo meo jugum jumentorum cum ij oris annone. Springimile famulo meo nigrum equum, in quo equitat, cum ij oris annone. Haquino famulo meo marcam cum ora annone. Petro famulo meo marcam denar. Item Towe consanguinee mee ij marcas. Omnia supradicta preter legatum terre sancte volens solvi de

bonis estimalibus, que possideo in fundis ecclesie Stangby. Item 1
 liberis sororis mee Gertrud estimaciones cum domibus, que ad me
 pertinent in fundis prebende mee. Petro dicto Tonneß consanguineo
 meo curiam, quam habeo in Ask, cum omnibus mobilibus et im-
 mobilibus. Michaeli parvo polidrum trium annorum. Jarpulpho
 consanguineo meo duas equas meliores de equicio meo. Tonne 2
 consanguinee mee annulum aureum. Item convivio caritatis bica-
 rium meum argenteum. Gamalieli marcam denar. Gunnero in
 Hastath, consanguineo meo, estimacionem, quam habet de me,
 et debita, que michi debet, sibi remitto. Item magistro Henrico
 canonico Lundensi decretum meum. Domino Petro sacerdoti de 3
 Akathorp exposiciones epistolarum beati Pauli apostoli et unum
 cornu. Domino Gunnero sacerdoti cappam meam choralem. Domino
 Ødder presbitero summam meam Regmundi. Domino Benedicto
 ad sanctum Paulum tabardum meum, foratum cum albo panno.
 Domino Laurencio ad sanctum Thomam cappam meam blaviam 4
 rotundam. Olauo scolari meo itineraryum meum in duabus parti-
 bus. Concanonicis meis volo distribuere res meas, prout dederit
 dominus Deus. Item magistro Laurencio dimidiā marcam sili-
 ginis desiccate. Domino Petro Trugoti ambulatorem meum nigrum.
 Domino Nicolao Gregorii summam Gaufredi et dimidiā lestam 5
 brasii desiccati. Item domino Gunnero antedicto superpellicium
 meum novum. Domino Jacobo vicario botas meas cum caligis
 albis. Ad pontem amnis Dysiae marcam denar. Ad omnia igitur
 et singula premissa perficienda et inviolabiliter observanda viros
 discretos, dominos magistrum Henricum, Petrum Trugoti, concano- 6
 nicos meos, una cum Petro Tonneß consanguineo meo presentis
 testamenti mei constituo et ordino exsecutores, volens et precipientes,
 ut per ipsos cuilibet in premissis satis fiat, sicut coram Deo volu-
 erint respondere, et ut antedicta per omnia plenum habeant robur
 firmitatis, ob majorem et pleniorē certitudinem presens scriptum 7
 cum sigillis venerabilis patris domini Johannis archiepiscopi Lun-
 densis, Suecie primatis, et capituli ejusdem loci una cum meo feci
 communiri in testimonium mee ultime voluntatis. Actum Lundis
 anno domini mclxxxv. in vigilia beati Bartholomei apostoli.

13.

1288 Aug. 14. Petrus Withadrssun.

Orig. paa Perg. med [4] Segl: 1. A. 68 (Thott); 2. Brudst. af gejstligt. Rigsark. (Skaane 1 a). Møller, Fornhandl. rør. Hall. S. 25; Rep. 549. — Testamentet er optaget i en Stadfæstelse af 1289 Aug. 9: Rep. 573.

¹ In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego Petrus Withadrs ^a, sanus mente, licet eger corpore, sciens nichil esse cercius morte, nichil incercius hora mortis, de bonis michi a Deo concessis testamentum meum condo et ordino in hunc modum: Primo igitur lego ad mensam 'presbiteri in Drænsryt^b, qui nunc ² est vel pro tempore fuerit et ibidem residenciam fecerit personalem, curiam meam, quam habeo Vtansio^c, cum omnibus pertinenciis^d, tali condicione, quod dictus presbiter in quolibet anno celebret viginti missas pro defunctis, pro anima mea et pro animabus omnium fidelium defunctorum, tali modo, quod quinque misse di- ³ centur^e ante natale Domini, quinque ante pascha, quinque ante festum beati Johannis baptiste et quinque ante festum beati Michaelis annuatim, ita tamen, quod una ex supradictis missis in anniversario meo cum vigiliis precedentis diei proximi, pulsantibus campanis, sollempniter observetur. Volo eciam, ut sacerdos, qui nunc ⁴ est vel pro tempore fuerit, mei^f memoriam habeat continue in predicatione dominica coram parochia. Item idem sacerdos de dictis bonis ministro ecclesie ibidem, qui nunc est et qui pro tempore fuerit, assignet oram denariorum annuatim, ut ipse in quolibet anniversario meo legat michi unum psalterium et eo magis sit ⁵ benivolus mei memoriam habere et supradictis vigiliis et missis interesse. Item quilibet sacerdos post se debet in dicto fundo dimittere domos, valentes septem marchas in estimacione, in presencia tutorum ecclesie et meorum consanguineorum, si qui fuerint tunc viventes. Quicumque sacerdos predictam curiam in possessione ⁶ sua habuerit, suprascriptas condiciones ita teneat, sicut coram Deo omnipotente in die judicii valuerit^g respondere. Item confero ecclesie Drængsryt marcham denar., domino Benedicto decano ^h unam marcham vel unam vaccam^h, domino Thuroni ij oras denar., domino Petro in Væsøghæ vaccam vel marcham denar., ecclesie ibidem

^{a)} Stadfæstelsen: Withær Ø. ^{b)} Sstds.: Drængsryth. ^{c)} Sstds.: Vtænsyø.

^{d)} Sstds. tilføjes: suis. ^{e)} Orig.: discentur. ^{f)} Stadfæstelsen: meam. ^{g)} Sstds.: voluerit. ^{h)} Sstds.: unam vaccam vel marcham denar.

oram denar., ministro ij solidos¹, cuilibet ecclesie in provincia Arestathæ^k, exceptis supradictis, oram denar., sacerdotibus earundem cuilibet oram denar., ecclesie Thorthathorp¹ oram denar., presbitero ibidem tantum. Exequatores hujus testamenti ordino et constituo dilectos michi dominum Benedictum decanum et filios meos, rogans eos, quod ista ita rata et firma habeant et procurent, sicut anime mee diligunt commodum et salutem. In cuius rei evidenciam sigilla dominorum Thordonis Akæ ß, Benedicti decani una cum meo proprio et Kanuti filii mei presentibus sunt appensa. Datum anno domini m⁰c⁰c⁰lxxx⁰viij⁰ in vigilia assumptionis beate virginis.

14.

1289 Nov. 25. Magister Thrugot, Probst i Lund.

Tabt Orig. i Lunde Kapitels Arkiv. Afskr. i Lundebogen S. 173 med Overskrift: Testamentum prepositi Trugoti, in quo est fundacio altaris ipsius, cuius presentacio pertinebit ad fabricam, et ejus anniversarium tenebitur de bonis in Sandby. Dipl. Svecanum II, 83; Rep. 577. Jfr. Gavebøgerne S. 321 f.

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego magister Trugotus prepositus Lundensis, sanus mente et corpore, horam mortis inevitabilem, que michi magis ac magis, diebus suo cursu pretereuntibus, appropinquat, piis operibus caute cupiens prevenire, in hunc modum meum condo testamentum: Lego igitur in primis ad altare per me constructum in ecclesia beati Laurencii Lundis in honorem sancte Marie virginis et beati Johannis ewangeliste et sancte Katerine, juxta quod meam eligo sepulturam, omnia bona mea in Østre Othørsleff, ^amobilia et immobilia, item curiam meam in Wæstre Øtherslef^a, quam emi de domino Allone presbitero, cum omnibus mobilibus et immobilibus ad me pertinentibus in eadem, item tres curias meas in Rasryth in parrochia Æspingæ cum omnibus suis mobilibus et immobilibus, sub hoc modo scilicet ut presbiter, qui ipsum altare officiaverit pro tempore, redditus ex jam dictis bonis provenientes libere percipiat annuatim, excepta una sola marcha, quam ad ornatum altaris supradicti singulis annis volo reservari. Item ut idem presbiter missam omni die dicere teneatur, unam videlicet in septimana de

¹⁾ *I Stadfestelsen tilføjes:* denariorum. ^{k)} *Sstds.: Aræstathæ.* ¹⁾ *Sstds.: Thorthæthorp.*

^{a)} *Oversprunget i Dipl. Svec.*

1 beata virgine, secundam et tertiam de sancta Katarina et beato
 Johanne ewangelista vicissim; alias vero dicat, de quibuscumque
 sibi placuerit, in quibus omnibus mei memoriam habeat specialem.
 Item ut idem chorum in diebus festivis frequentet et intersit
 utrisque vesperis atque misse. Volo insuper, ut procurator fabrice
 2 ecclesie Lundensis memorato altari de presbitero provideat et in-
 stituat, quem tunc velit. Preterea lego fabrice ecclesie Lundensis
 omnia bona mea in Sandby cum mobilibus et immobilibus michi
 attinentibus ibidem, ita tamen quod ex redditibus exinde proveni-
 entibus xij ore deducantur, quarum una marcha canonicis, dimidia
 3 vero marcha vicariis, qui in anniversario meo vigiliis et misse inter-
 fuerint, dividetur, modo quo poterit equiori. Item dimidia marcha
 ad offerendum. Item dimidia marcha pauperibus scolaribus erogetur.
 Residuum vero fabrice, ut pretactum fuit, libere cedat. Item lego
 claustro in Dalby iij marchas, claustro in Øwith marcham, claustro
 4 in Tumæthorp marcham, claustro in Bæckæskough marcham, griseis
 monachis de Hærwado iij marchas, claustro in Bosæ marcham,
 claustro in Byrthingæ marcham, claustro de Asilo marcham,
 claustro omnium sanctorum Lundis marcham, cuilibet ecclesie
 parrochiali ibidem duas oras, presbiteris earundem cuilibet tantum,
 5 excepta ecclesia in lata platea, cui confero ij marchas, sacerdoti ejus
 marcham et dyacono ibidem duas oras. Claustro monialium sancti
 Petri Lundis marcham. Ecclesie Aos marcham. Ecclesie Ællæ-
 køpinge marcham. Ecclesie Asum duas marchas. Cuilibet hospiti-
 tali leprosorum in Skania duas oras. Hospitali sancti spiritus Lun-
 6 dis duas oras. Fratribus predictoribus Lundis dimidiā marcham.
 Fratribus minoribus ibidem tantum. Fratribus minoribus in Trælæ-
 burgh dimidiā marcham. Fratribus minoribus in Ystathæ tan-
 tum. Fratribus predictoribus in Aos dimidiā marcham. Fra-
 tribus predictoribus in Hælsingburgh tantum. Ad horum solutionem
 7 obligo omnia bona mea mobilia, que habeo in fundis prepositure
 et canonie et ecclesiarum in Scania. Item confero ecclesie sancti
 Lucii Roskildis x marchas denar. Syalendensium, claustro Æsærum
 duas marchas denar. Sialendensium, ecclesie Wik marcham denar.
 Sialendensium. Ad hec solvenda obligo curiam meam in Færsløf.
 8 Exsequentes autem testamenti hujus constituo dilectos michi nepotem
 meum dominum Joon dictum Billæ et dominum Nicolaum Gre-
 gorii, concanonicos meos, et dominum Nicolaum Magnus, rogans

eos, ut hiis omnibus observandis intendant diligenter et ea ordinent, quemadmodum anime mee viderint expedire, et sicut coram summo judice in die judicii voluerint respondere. Ut autem hec omnia robur habeant firmitatis, feci presentes literas [*sigillis*] discentrum dominorum capituli Lundensis nec non et exsequitorum testamenti hujus infrascriptorum[!] una cum meo proprio communiri.² Actum Lundis anno Domini mclxxxix. in festo sancte Katerine virginis.

15.

1291 Marts 14. Laugho Laughsun.

Den nu table Orig. fandtes i Sore Klosters Arkiv (jfr. SRD. IV, 491), senere i Jens Rosenkrans' Museum. Afskr. af Arne Magnusson, dog med et Par større Udeladelser, i Bartholins Collectanea K, 166. Rep. 587.

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Cum in³ rebus humanis nichil morte sit certius, nichil incertius hora mortis, consultum est mortis incertitudinem certis bonis operibus prevenire. Hinc est, quod ego Laugho Laughsun, licet captus et impeditus corpore, spiritu tamen expeditus et mente, ob remedium anime mee testamentum meum ordino in hunc modum: In primis igitur⁴ confero monasterio beate Marie in Sora, ubi sepulturam post mortem eligo, ubicumque in Dacia me mori contigerit, omnia bona, que habui de Illugh Tomæssun juxta commutatione[m] in Oxænseough, Stenløsæ maclæ, Nythorp et Ascerthorp in agris, pratis, silvis, pas- cuiis, piscariis et molendinis cum omnibus mobilibus et immobili- bus ceterisque attinentiis suis, resignando ea predicto loco in pre- senti. Item ad terram sanctam pro redemptione crucis mee triginta marcas puri. Item ecclesie sancti Lucii Roskildis quinque marcas denariorum. Item fratribus predicatoribus ibidem quinque marcas, fratribus minoribus ibidem quinque marcas denar. Item claustro⁶ sancte Marie ibidem quinque marcas denar. Item claustro sancte Clare ibidem quinque marcas denar. Item claustro sancte Agnetis ibidem quinque marcas denar. Item hospitali sancti spiritus ibidem tres marcas denar. Item culibet hospitali leprosorum in Selandia tres marcas denar. Item monasterio in Esrom quinque⁷ marcas denar. Item ecclesie beate virginis Kopændæhafn quinque marcas denar. Item fratribus minoribus ibidem quinque marcas denar. Item claustro in Slangæthorp tres marcas denar. Item

1 fratribus minoribus in Nestweth quinque marcas denar. Item predicatoribus ibidem quinque marcas denar. Item claustro monachorum in Nestweth tres marcas denar. Item claustro monachorum Ringstadiis tres marcas denar. Item claustro in Andworthæscough quinque marcas denar. Item fratribus minoribus Kalændæburg
 2 quinque marcas denar.^a Item ecclesie sancti Kanuti in Othænsø quinque marcas denar., fratribus minoribus ibidem quinque marcas denar., fratribus predicatoribus ibidem quinque marcas denar. Item hospitali leprosorum ibidem tres marcas denar. Item claustro in Dalum tres marcas denar. Item claustro in Holm quinque marcas
 3 denar. Item fratribus minoribus in Swinæburg quinque marcas denar. Item hospitali leprosorum ibidem tres marcas denar.^b Executores autem hujus testamenti constituo et ordino viros reverendos dominum episcopum Roskildensem, dominum Ericum ducem Halandie, dominum abbatem de Sora, dominum Esgerum prepositum
 4 de Amungursyslæ, contestans eos per aspersionem sanguinis Jhesu Christi, ut hec omnia suprascripta, prout saluti anime mee expedit et ipsi in die judicii respondere voluerint, fideliter exequantur. Insuper volo, ut predictus dominus abbas de Sora legata in testamento matris mee, prout de hoc verius comperire et intelligere
 5 poterit, de fructibus etiam predictorum bonorum, quibus legata sunt, satisfaciat et persolvat. Ne autem prescripta donatio ab aliquo in posterum impediri poterit quoquomodo, sigillis predictorum executorum necnon domini Nicholai, domini Absalonis filii, et domini Herlugh Jopsun presens testamentum feci consignari, et quia
 6 captivitate impeditus usum mei proprii sigilli habere non potui, utor sigillis supradictorum Nicholai et Hærslugh Jopsun loco mei. Actum Kalændæburgh anno Domini m. cc. nonagesimo primo pridie idus martii, presentibus domino Nicholao Absalonsun, domino Hærslugh Jopsun, domino Jacobo sacerdote ibidem, Hænikæ Smith,
 7 Joon Tovæbondæ, Hildebrando, villanis^c ejusdem civitatis, Nicholao Aughæsun, Joon Hwit, Æerre Tuvæsun, Rimmær Crusæ, Thorworth Kanuti, Johanne Andree filio, armigeris de castro, ac aliis pluribus fide dignis.

^{a)} *Her antyder et etc. i Afskriften, at der er udeladt en Del.* ^{b)} *Ligeledes.* ^{c)} *Afskr.: villanorum.*

16.

1291 Aug. 30. Petrus Uth.

Tabt Orig. i Roskilde Kapitels Arkiv. Samtidig Gengivelse med Udeladelse af Begyndelsen i Roskildebispeps Dombog, nu i Linköpings Gymnasialbibliothek, med Overskrift: Testamentum Petri Vth, quondam stabularii domini Johannis episcopi Roskildensis. Testamentet er ikke optaget i Udgaven af Dombogen i SRD. VI, 255 ff.; det trykkes her efter en Afskrift, der velvillig er meddelt af Professor Montelius og kollationeret med Haandskriftet af Bibliothekar Segersteen i Linköping. Rep. 597.

Primo lego ecclesie sancte trinitatis et beati Lucii Roskildis 1
 xx marchas denar. et ibidem eligo sepulturam. Item fratribus
 minoribus ibidem marcham denar. Item fratri Suenoni ibidem
 marcham. Item claustro fratrum predictorum ibidem marcham
 denar. Item decem ecclesias in Stæthinssheret cuilibet dimidiā
 marcham. Item xij sacerdotibus ibidem cuilibet duas oras. Item 2
 xij dyaconis ibidem cuilibet i oram. Item ecclesie Harbiæræ v mar-
 chas denar. Item ecclesie Frøslef sex marchas denar. Item ecclesie
 Skamsthørp poledrum unum. Item ecclesie Vggerberga unum pole-
 drum. Item hospitali in Aathørp unum poledrum. Item hospitali
 leprosorum Ringstadir unum poledrum. Item hospitali antiquo 3
 Roskildis poledrum unum. Item hospitali leprosorum Hafnis unum
 poledrum. Item Asgoto famulo meo unum equum de illis, qui
 sunt in curia mea, vel poledrum. Item Petro Herlogi famulo meo
 poledrum unum. Item Karæ famulo meo unum poledrum. Item
 Johanni Clipping, hospiti meo Roskildis, vestes meas et unum 4
 poledrum. Item Gunnæ ij marchas denar. Item Vnæ ij marchas
 denar. Item Cristine duas marchas denar. Item puero meo Jo-
 hanni, qui etiam diu michi servierat, poledrum. Item Zætæn dimi-
 diam marcham denar. Item fratri Kr. . . . dimidiā marcham
 denar. Item Petro Vnæson dimidiā marcham denar. Item 5
 Guthæ dimidiā marcham. Item ecclesie beate virginis Hafnis,
 scilicet ad fabricam, marcham denar. Item ad fabricam ecclesie
 beati duas marchas. Item ad fabricam ecclesie Caluæris
 juvenem bovem, de cuius precio volo quod sacerdos habeat duas
 oras et dyaconus oram. Item dyacono ecclesie Hælgæstæthæ juven- 6
 cum unum. Item viduis singulis unam vaccham, quibus
 uxor mea velit illas dare, hoc sicut de mea voluntate. Item Joon
 Grimulfson, hospiti meo Hafnis, equum meum et sellam meam.
 Item domino meo episcopo Roskildensi poledrum grissi coloris

1 ambulantem, quem eq[uiti]o meo admisi. Item duabus filiabus meis,
 non tamen de thoro legitimo natis, curias, in quibus resident, et fundos
 usque ad dies vite earundem concedo, ita tamen, quod dictas curias
 et fundos non alienent nisi de voluntate puerorum meorum, qui veri
 sint heredes mei. Item Baggoni, cursori meo, tunicam unam. Exe-
 2 quatores autem testamenti mei constituo et facio dominum meum
 episcopum supradictum, etiam nobilem virum dominum Nicholaum
 dictum Ranæ et filios meos Magnum et Albertum, rogans humi-
 liter eosdem et devote, ut Deum pre oculis habentes testamentum
 meum, prout anime mee saluti expedire viderint, fideliter exequan-
 3 tur et legata in eo persolvant ad hujus facti evidenciam
 sigilla sua presentibus una cum sigillo meo apponant. Datum
 Hafnis anno Domini m⁰cc⁰xc⁰ primo tercio kalendas septembbris.

17.

1292 Marts 4. *Gythæ, Hr. Skielm Bangs Datter.*

*Orig. i Sorø Kloster, omtalt i Klostrets Gavebog (SRD. IV, 522), er
 tabt; afskrevet, dog med nogle store Udeladelser, af Arne Magnusson i Bartholin K., 164. En dansk Oversættelse fra o. 1600 med Paaskrift: „Thine
 breff lynder paa enn gaardt y s. Mortens sogen, huilcke wii wed ingen be-
 skiedtt paa“, findes i Langebecks Diplomatarium i Rigsarkivet. Efter denne
 meddeles ndfr., hvad der fattes i Afskriften. Rep. 600.*

4 In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Cum natura
 humana semper mutabilis [est] nec mortis horam valet agnoscere,
 saluti fidelium in hoc salubriter est provisum et a divina providentia
 omnibus hominibus misericorditer concessum, quod de bonis ipsis
 a Deo in seculo concessis in animarum remedium et peccatorum
 5 redemptionem sibi provideant, dum vivunt et possunt. Ego igitur
 Gythæ, domini Skielm Bang filia, relicta quondam domini Esberni
 Karlsson, mente sana et incolumis, licet corpore debilis et infirma,
 volens saluti anime mee providere, de bonis michi a Deo concessis
 testamentum meum testimonio bonorum facio et ordino in hunc
 6 modum: In primis ergo confero pro redemptione crucis mee ad
 terram sanctam x marcas denariorum. Item fratribus predicatori-
 bus Roskildis tres marcas denar. ad fabricam ecclesie et duas ad
 mensam ipsorum. Item fratribus minoribus ibidem ad fabricam
 ecclesie tres marcas et duas ad mensam eorum. Item clauistro
 7 sancte Marie ibidem tres marcas denar. Item clauistro sancte
 Agnetis ibidem unam marcam denar. Item clauistro sancte Clare

ibidem unam marcam denar. [^Item frue Ingerd, som wor priorisse 1
udi wor frue closter ibidem, enn guldring, som staar ith crucifix
paa.^{a]} Item fratribus minoribus Nestweth tres marcas denar. ad
fabricam ecclesie et duas ad mensam eorum. Item fratribus pre-
dictoribus ibidem tres marcas denar. ad fabricam ecclesie et duas
ad mensam eorum. Item claustro monachorum nigrorum ibidem 2
tres marcas. Item ecclesie sancti Petri ibidem unam marcam,
sacerdoti duas oras, dyacono unam oram. Item ecclesie beati Mar-
tini ibidem unam marcam, sacerdoti duas oras, diacono unam
oram. Item fratribus minoribus Kopændæhafn unam fibulam pon-
derantem duas marcas puri. Item fratribus predictoribus in Holæ- 3
bæk et fratribus minoribus Kalændæburg unum ornamentum man-
telli, continens quinquaginta tres denarios deauratos, in ipsos
equaliter dividendos. Item claustro Æplæholt quatuor marcas
denar. Item claustro Slangæthorp tres marcas denar. Item hospi-
tali sancti spiritus Roskildis unam marcam denar. Item hospitali 4
leprosorum Ringstadir unam marcam denar. Item hospitalibus
leprosorum Kopændæhafn, Slauosie, Kalændæburg, cuilibet ipsorum
dimidiam marcam. Item ecclesie in Hammær dimidiam marcam,
sacerdoti duas oras. Item ecclesie Magnustorp dimidiam marcam,
sacerdoti duas [oras^b]. Item fratri Petro quondam episcopo Wi- 5
bergensi unam marcam denar. [Item broder Gerløff, broder Ascer
och broder Lydick, minoriter, huer enn march. Item mynn dather-
sønn Hanns en poledrum griseum. Item hanns broder Innguor
Hiort ith guldspennde, giort som enn stiernne. Item hans broder
Sthiig unum poledrum. Item her Haubart enn guldrinng, Peder 6
Aszersenn enn rødt hest. Dethe forscreffnne er aff mig selff udi
mynn welmue bethalit och huert hiemskickit thill sith stedt.
Menn thette eptherfølennde lader jeg mine arffuinnge bethale, som
er: S. Lucii kirkе udi Roschiille ith psalterium, som er x march
werdt och schall legis udi chorit udi enn jernn lencke. Item 7
wor frue closter udi Sore, ther som jeg uduelger mit leyer stedt,
xx march pendinghe och mynn gaardt, som jeg haffuer udi Ros-
chiille udi s. Morthens sogenn, och thet fløgell, som leggis paa
mynn ligbør, thill enn hagell. Item Annderschow iij march. Item
her Matzs canicke udi Roschiille enn sølff sche och en guld riing.^{c]} 8

^{a)} Saaledes Oversættelsen. ^{b)} Glemt i Afskriften; Oversættelsen: ij øre.
^{c)} Saaledes Oversættelsen.

1 Item leprosis in Athorp apud Nestweth, singulis viris viij ulnas
 vatmalli, singulis feminis tres ulnas tele. Item ad sanctum Jacobum
 tres solidos sterlingorum. Item ad sanctum Olavum tres
 solidos sterlingorum. Ad sanctam crucem in Strømbyærgh tres
 solidos. Item monasterio in Esrom duas marcas denar. Item
 2 claustro monachorum Ringstadir x marcas denar. Item claustro
 Eskibek in Jucia unum calicem cum patena. [S. Nicolai kircke
 udi Aarhus iij march. Thill Braabye kircke ij øre jordt thill
 schiildt, huor aff holdis schall thill eaight iij wax lius, ith paa
 wor frue alther, ith paa s. Nicolai och ith paa s. Margrethe althere
 3 ibidem. Item kirckenn ij march, prestenn ; march och degnenn
 i øre. Item Ladbye kircke i march. Item udi buer sogenn, som
 jeg haffuer godtz, schall prestenn haffue ; march och deinen i øre.
 Item broder Boye minorite i march, broder Matz ; march. Item
 mynn datther Inngefridt enn mannthell aff brunert med lækat
 4 schinndt. Item Kirstine, hinndhis dather, enn guldrinng, Karinne,
 hinndhis annden dather, enn guldrinng. Item Inngefridt, Karines
 datther, enn guldrinng och ith schrinn. Item minn dather Cecilie
 enn manthel aff scharlagenn med adschiillige schinndt. Item
 hinndhis datther Jehanne enn guldrinng och ith guldspenne.
 5 Item Innguor Hiort ith søllstoff och sølfsche. Item Peder, Innguor
 Hiortis broder, unum poledrum. Item therris syster Cristiane udi
 wor frue closter udi Roschiille enn kiste och ij march penndinghe
 och een gryde. Margrethe Boils dather enn guldrinng och ith
 guldspenne. Item her Niels Knudzens sønn Peder unum pole-
 6 drum. Item Margrethe mynn søster udi Rindkloster enn guld-
 rinng. Item giffuer jeg x march thill ath schiifthe blannd
 fathiige. Item Cecilie Krummers udi Braabye enn guell colobium
 forit medt schinndt. Item Peder Ascersen enn koe. Item Cecilie
 Suendtz dather enn rø kobe aff scharlagenn och enn hellsenng.
 7 Boill Niels dather enn blaa kiorthill och enn senng. Item Lucii
 y Risbye enn koe. Item Gyde Mem[?]kes y Schielby enn koe. Item
 Cristine Anndersis enn koe.^{a)} Ad hec omnia persolvenda relinquo
 heredibus meis omnia vadia michi a domino Petro, quondam dapi-
 fero^{b)}, inpignorata et duas curias meas in Thythæbyærgh maclæ et
 8 Thythæbyærgh litlæ, rogans ipsos et adjurans per aspersionem

^{a)} Saaledes Oversættelsen. ^{b)} Oversætt.: bitzere.

sanguinis Jhesu Christi, ne de dictis bonis sive redditibus omnino 1 sibi aliquid usurpare presumant, donec omnia fuerint persoluta, prout coram summo judice respondere voluerint in ultimo judicij die. Executores hujus testamenti mei constituo nobiles viros et honestos dominum Skielm, illustris regis Danorum dapiferum^f, nec non dominos Johannem Barthæsun, Nicholaum Knutsun, Nicolaum 2 Myffæl, milites, ac Ingwarum Hiort, monens ipsos ac exhortans, ut hec omnia fideliter exequantur. Ne igitur super hoc facto aliquod in posterum dubium oriatur, presens scriptum sigillis dictorum executorum una cum sigillo domini abbatis de Sora nec non sigillo dilecti quondam mariti mei, quo loco mei usa sum, feci roborari.³ Actum Broby anno Domini m. cc. nonagesimo secundo in die sancti Lucii pape et martiris, presentibus domino Svenone presbitero de Broby, fratre Laurentio, fratre Eggardo, monachis de Sora, et Ingvaro Hiort ac aliis pluribus fidedignis.

18.

1294 Nov. 24. *Nicolaus Øthesson, Kannik i Lund.*

*Tabt Orig. i Lunde Kapitels Arkiv. Afskrift i Lunde bogen S. 236 med
Overskrift: Testamentum domini Nicolai Øthesø canonici Lundensis super bonis
in Insyo ad suum anniversarium. Rep. 635.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego Nico- 4 laus Øthesø canonicus Lundensis, sanus mente et corpore, sciens nil cercius morte et nil incercius hora mortis, testamentum meum condo et ordino in hunc modum: In primis lego ecclesie sancti Laurencii Lundis omnia bona mea, que habeo in Insyo in Gæres heret, tali condicione, quod redditus seu fructus ex ipsis provenientes annuatim in anniversario meo, prout sequitur, dividantur vel etiam ordinentur, ita videlicet quod semper in dicto die anniversarii mei primo tres misse pro defunctis celebrentur, nisi forte causa domine vel sollempnitatis occurrit in crastinum differantur, una videlicet in choro medio ad summum altare pro anima mea, se- cunda ad altare sancti Stephani pro anima patris mei, tercia vero ad altare sancti Vincencii pro anima matris mee; in quibus quidem missis volo quod xij ore denariorum de fructibus dictorum bonorum sacrificentur, quibus oblatis cuilibet sacerdoti altare in ecclesia

^{f)} *Oversætt.: smasuendt.*

1 Lundensi habenti et missam pro anima mea ipso die celebranti ex
 ipsis xij oris unus solidus tribuatur, residuum vero inter canonicos
 tam residentes quam non residentes, qui vigiliis et misse inter-
 fuerint, equaliter dividatur. Item ipso die anniversarii dividatur
 dimidia marca inter vicarios de bonorum ipsorum fructibus separa-
 2 tim; item fabrice ecclesie sancti Laurencii dimidia marca, item
 mense canonicorum dimidia marca, item claustris omnium sanc-
 torum, monialium sancti Petri, fratrum predicatorum et m[i]norum
 Lundis, cuilibet ij ore denar., dummodo anniversarium meum mis-
 sarum sollempniis servaverint ipso die. Item cuilibet parochiali
 3 sacerdoti Lundis, qui eodem die missam pro anima mea celebrev-
 erit, solidus denar. donetur, item pauperibus scolaribus marca. Si
 vero predicta bona in redditibus annuis plus sufficere valeant
 quam ad dicta omnia persolvenda, quod residuum fuerit de redditib-
 us ipsis, pauperibus erogetur. Dispensatorem vero seu ordinatorem
 4 in perpetuum, quicumque fuerit archidiaconus Lundensis, bonorum
 constituo predictorum, volens ut semper ipso die anniversarii sine
 protractione in presencia decani Lundensis solvat singula singulis,
 ut superius est expressum. Exsequores autem hujus testamenti
 constituo discretos viros dominos Henricum Lundensem archi-
 diaconum, Petrum Trugoti, Juris Magnusß, canonicos Lundenses,
 et Astradum Katilß laicum, salvo nichilominus michi jure addendi
 ad dictum testamentum vel ipsum diminuendi seu ipsa bona ven-
 dendti et alienandi aut mutandi in alia seu ordinandi diebus vite
 mee, prout michi visum fuerit expedire. In cuius rei testimonium
 6 sigilla dictorum exsequitorum una cum sigillo capituli Lundensis et
 meo proprio presentibus sunt appensa. Datum Lundis anno Do-
 mini mccc nonagesimo quarto in profesto beate Katerine virginis et
 martiris.

19.

1295 Apr. 1. N[icolaus] Hamundson.

*Testamentet kendes fra en Vidisse af 1296 i Ribe Kapitels Arkiv (nu i
Bigsarkivet). Rep. 640.*

7 Universis presens scriptum cernentibus capitulum Ripense
 salutem in Domino sempiternam. Noverint universi, nos testamen-
 tum Domini N. Hamundß non abolitum, non cancellatum nec in
 aliqua parte sui viciatum sub sigillis dominorum dicti N., Hamundi

Litlæ, conventus fratrum minorum Otthonie, N. sacerdotis et Jo- 1
hannis Takæ ß vidisse in hec verba:

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego N.
Hamundß, licet debilis corpore, compos tamen mei, testamentum
meum condo in hunc modum: Primo confero ad quoddam altare
edificandum in loco debito, quo dilecto fratri meo domino H. Litlæ 2
visum fuerit, in quo missa animarum in remedium anime mee
diebus licitis debeat in perpetuum celebrari, in parochia Kauæs-
lund curiam meam in Skrilling sitam, ad quam jacent tres marce
auri in terris, duabus marcis argenti minus, cum marca annone ad
censum ejusdem curie et quatuor bobus, vacca enim[!] una. de quo- 3
libet pecore dabitur dimidia marca denar.; duas curias in Kauæs-
lund, ad quas jacent decem et octo marce argenti in terris cum
duobus bobus, quatuor jumentis et vacca una, de quolibet dabitur
dimidia marca; ambe curie habent ad estimacionem decem et novem
solidos annone; curiam meam in Wolby, ad quam jacent quatuor- 4
decim marce argenti cum dimidia in terris et quatuordecim marce
argenti in Kuxstorpmarck cum silva sua in Gunnæskogh et marca
annone ad estimacionem dictarum terrarum, in quibus bonis sunt
vi boves, unus equus et una vacca; et unam marcam auri in terris
in Wæthælby in parochia Nybøl cum duabus oris annone, quas 5
tenet Andreas Gythæß, duobus bobus et una vacca, et cum duabus
oris annone, quas habet Mæret in Ryclæ, uno bove et una vacca;
necnon viginti marcas denariorum ad ornamenta dicti altaris. Item
pro redempcione mee crucis ad terram sanctam viginti libras ster-
lingorum novorum confero ad consilium dominorum Arusiensis 6
episcopi Johannis nomine et dilecti fratris mei Hamundi, si via
peregrinacionis libere[!] fuerit infra breve; si autem non, in salutem
anime mee salubriter disponantur per eosdem; que quidem libre
de subscriptis recipiantur, videlicet de domino N. sacerdote, dicto
Ego, septem libre nove et due libre antique, de Karulo civi Ri-
pensi tres libre nove et due libre antique, de Josæp Frans tres 7
libre nove cum dimidia, de Petro Rak decem et octo solidi ster-
lingorum novorum et de Hennik Pungger due libre antique, et
recipiantur due libre antique cum dimidia de Thorkillo Ackæß ad
faciendos denarios novos integraliter supradictos. Item fratribus 8
minoribus Otthonie, apud quos elegi sepulturam, xx marcas dena-
riorum vel dextrarium meum Grabist, si Wernerò puerò meo pro

1 dictis denariis redimere non placuerit, et eisdem unum baldekinum.
 Item fratribus predictoribus ibidem quatuor marcas denar., leprosis
 ibidem tres marcas, ecclesie beati Kanuti ibidem quatuor marcas,
 ecclesie Albani ij marcas, ecclesie beate virginis ibidem tantum,
 ecclesie beati Michaelis ibidem tantum. Item ecclesie Kerte x mar-
 2 cas. Item ecclesie Mæthelby sexdecim marcas. Item domui sancti
 spiritus in Asnæs omnes terras meas cum mobilibus in Mactekbølø
 et Skalebyargh sitas cum uno equo nigro currente cum jumentis
 ejusdem domus in Sandakernæs. Item cuilibet ecclesie in Bochæret
 marcam denariorum, cuilibet sacerdoti ibidem dimidiā marcam et
 3 cuilibet diacono ibidem ij oras. Item cuilibet ecclesie in Wæn-
 desclæthæret, sacerdotibus et diaconis ibidem tantum. Item ecclesie
 in Asnæs ij marcas; et dictam ecclesiam necnon villanos ibidem pro
 mea nave, que dicitur praam, liberos dimitto et penitus excusatos.
 Item fratribus minoribus in Swinæburgh iiij marcas, leprosis ibidem
 4 tres marcas. Item omnia bona mea, que habeo in Suenstorp, con-
 fero Wernerō armigero meo et eidem quatuor frustra armorum,
 que prius habuit, vel illa arma, que^a postea emi, necnon eidem
 equum unum voluntatem eligendi de omnibus equis meis in etate
 v annorum vel sex, una cum equo, in quem[!] equitat. Item domino
 5 N. sacerdoti, persone ecclesie Mæthelby, predictum altare cum atti-
 nenciis universis, ubicumque previsum fuerit a fratre meo domino
 H. esse^b faciendum, confero diebus suis libere disponendum, ita tamen
 quod ab aliquo prelato ad residenciam non cogatur. Eadem domino
 eciam unum ambulatorem rubei coloris cum anulo aureo; necnon
 6 eundem dominum N. recognosco de meis denariis vel rebus aliqui-
 bus, exceptis novem libris sterlingorum supradictis, minime per-
 cepisse. Item Petro Lafrens ß residua quatuor frustra armorum ac
 eidem unum equum fuscum^c in Flænstoftæ. Item Tuchoni Thord ß
 equum nigrum, quem habet Esbernus in Teblæthorp. Item Scaggi
 7 equum nigrum, quem solebam ad ecclesiam seu alias sepius equitare.
 Item Godefredo puero meo equum, qui vocatur^d Tolesun. Item
 Andree Thorkil ß equum, qui dicitur Grarune sun. Item Kringfoot
 puero meo equum fuscum, qui dicitur Kiker. Item Johanni parvo
 equum griseum, qui vadit cum jumentis Thorkilli Ackæ ß. Item

^{a)} Vidissen har urigtigt p̄ for q̄. ^{b)} Vidissen: est. ^{c)} Vidissen: suscum
(med langt l for f). ^{d)} Vidissen: vacatur.

Smitunge unum polidrum ruffum stiernæth. Item cuilibet ser-
vienti in curia mea Husby dimidiā marcam excepta mercede
laboris ejus. Item Thome unum polidrum in etate unius anni.
Item Mæreth procuratrici dimidiā marcam denar. Item Otthen-
karlo sacerdoti polidrum nigrum, quem pascebatur Friso. Item N.
Nasæ unum polidrum. Item Thorkillo Nase polidrum. Item Gunner
Eskils equum pro vi marcis. Item Touæ dæy unam vaccam. Item
Aggoni Lang unum polidrum vel unum stuut. Item fratribus
minoribus Otthonie equum pro v marcis. Item pauperibus in casis
degentibus xij marcas denar. Item fratribus minoribus Otthonie
xl marcas denar. ad unam lampadem pro corpore Christi in perpe-
tuum jugiter ardenter. Item Johanni Takæ ß equum griseum,
quem pascebat Gummi Tuli ß. Exequotorem enim hujus testamenti
dominum Hamundum dilectum fratrem meum una cum domino
N. sacerdote, rectore ecclesie Mæthelby, constituo, rogans eosdem
per aspersionem sanguinis Jhesu Christi, ut hanc ultimam volun-
tatem meam ad effectum ducant et ducere procurent, sicut coram
summo judice voluerint respondere. Insuper omnia et singula per
me minus juste aquisita per presentes resigno, volens eadē omnibus
injuriam passis testimonio approbato per heredes meos omnime
restitui et refundi. In cuius rei testimonium et evidenciam
firmiores sigillum meum una cum sigillis dominorum capituli
sancti Kanuti, H. Litlæ, conventus fratum minorum ibidem, N.
sacerdotis supradicti et Johannis Takæ ß presentibus est appensum.
Actum Husby anno Domini m⁰cc⁰ nonagesimo quinto in paraceve,
testibus supradictis.

6

In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appen-
sum. Datum Ripis anno Domini m⁰cc⁰ nonagesimo sexto in crastino
nativitatis beate virginis Marie.

20.

1297 Nov. 12. Gøto, Kannik i Lund.

*Tabt Orig. i Lunde Kapitels Arkiv. Afskrift i Lunde bogen S. 226 med
Overskrift: Testamentum Gøtonis cellararii super una curia in Lockorp ad altare
beati Stephani, de qua procurator fabrice suum tenebit anniversarium. Dipl.
Svecanum II, 243; Rep. 687. Jfr. Gavebøgerne S. 312 ff.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego Gøto
canonicus Lundensis, sciens nichil esse certius morte et nichil in-

7

1 certius hora mortis, ipsam bonis operibus cupiens prevenire, de bonis
 michi a Deo concessis testamentum meum condo et ordino in hunc
 modum: Lego igitur et per scotacionem trado ad altare beati Ste-
 phani in ecclesia beati Laurencii Lundis curiam meam cum omni-
 bus pertinenciis suis, mobilibus et immobilibus, quam habeo in
 2 Lockathorp, cum tali condicione, quod procurator fabrice Lundensis
 ecclesie, qui nunc est vel qui pro tempore fuerit, ipsam curiam
 sub ordinacione sua teneat et redditus inde^a provenientes singulis
 annis pro anima mea eroget in hunc modum: primo videlicet sacer-
 doti dictum altare officianti quinque marchas denariorum conferat
 3 annuatim, qui tres missas in qualibet septimana sit dicturus, unam^b
 videlicet de beata virgine, secundam de sancto Andrea, sancto Ste-
 phano et sancto Laurencio alternatim, terciam vero pro defunctis.
 Volo eciam, quod ipse procurator ad dictum altare officiandum,
 quemcunque voluerit, ydoneum instituat sacerdotem. Item volo, quod
 4 de predictis proventibus deducantur tres marche denar., due ore
 denar. ad offerendum in anniversario *meo* et fratrī mei Laghonis
 uno et eodem die celebrando, canonicis autem residentibus et non
 residentibus, qui vigiliis et misse interfuerint, dimidia marcha denar.,
 vicariis, qui vigiliis et misse interfuerint, tres ore denar., ^cministro
 5 ecclesie et pulsantibus^e in turri ipso die ora denar. et pauperibus
 scolaribus ij ore denar. erogentur. Item volo, quod ad ornatum
 dicti altaris media marcha reservetur annuatim. Et si quid resi-
 duum fuerit, memoratus procurator pro voluntate sua [hoc^d] ordinet
 et disponat, prout anime mee viderit expedire. Ne igitur super hujus
 6 ordinacione testamenti aliqua valeat in posterum dubitacionis et
 contradictionis materia suboriri, sigilla venerabilium dominorum
 capituli Lundensis, conventus omnium sanctorum, conventus fratrum
 predicatorum et conventus fratrum minorum Lundis necnon et
 Cristiarni et Aslonis ejusdem loci canonicorum unacum *meo proprio*
 7 presentibus sunt appensa. Dictos autem dominos Cristiarnum et
 Aslonem canonicos predicti testamenti constituo et ordino exse-
 quatores. Datum et actum Lundis anno Domini mccc nonagesimo
 septimo in crastino beati Martini confessoris.

^{a)} *Dipl. Svec.*: mihi. ^{b)} *Gavebøgerne*: primam. ^{c)} *Gavebøgerne*: ministris
 ecclesie, pulsantibus. ^{d)} *Saaledes Gavebøgerne*.

21.

1299 Juni 13. Jakob Herbernson.

*Tabt Orig. i Esrom Klosters Arkiv. Afskrift i Esrombogen Bl. 139 med
Overskrift: Super bonis in Gresholte. O. Nielsen, Codex Esrom. S. 170.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ego Jacobus Her-
børnss^a, considerans in rebus humanis nichil firmum, nisi quo
saluti anime consulatur, ex rebus michi a Deo collatis testamentum
meum condere disposui in hunc modum: In primis monasterio de
Esrom, ubi etiam eligo sepulturam, confero viginti marchas dena-
riorum, pro eis ipsis inpignorando duos solidos terre in censu in
Gresholte per heredes meos redimendos, qui si infra annum non
redemerint, licitum sit eidem monasterio possidere vel alienare
ipsam terram pro suo libito voluntatis. Item singulis ecclesiis in
Holmbohærath dimidiam marcham denar., singulis earum sacerdoti-
bus duas oras, singulis earum diaconibus oram, domino Nicholao de
Walby excepto, qui debet habere dimidiam marcham. Item ecclesie
mee proprie unum equum griseum, sacerdoti ibidem unam marcham
de equi pretio supradicti, diacono dimidiam marcham. Item claustro
de Æplæholt unam marcham. Item monialibus in Sлангеторп
marcham. Item minoribus fratribus in Haffn ij oras, hospitali
ibidem ij oras. Item fratribus minoribus Roskildis ij oras, hospitali
leprosorum ibidem ij oras, predictoribus fratribus ibidem unum
solidum ordei et unum solidum siliginis. Item fratri Petrob ibidem
predictori, confessori meo, unum salmi[?]. Item ecclesie de Nøthæ-
bothe ij oras, sacerdoti oram, diacono solidum. Item Gyurth 5
v modios siliginis. Item Olauo Gris ovem cum agno et dimidium
solidum annone. Item Toue iiiij modios annone. Item puelle
Gunner vaccam rubeam. Item Inguaro et Cristine pueris vaccam.
Exequatores hujus testamenti constituo dominum Nicolaum de Walby
supradictum^c, Petrum Jonæss in Ørby, Herbernum Samundes in
Aggebothe, sub obtestacione divini judicij fratrem meum Nicolaum
adjurans, ut cum eorum consilio hec omnia fideliter exequatur; et
quoniam sigillum proprium ad manus non habeo, presenti testa-
mento sigilla domini abbatis de Esrom, domini Mathie plebani^d mei
et domini Nicolai de Walby, virorum venerabilium, sunt appensa. 7
Actum anno Domini m^occ^oxc^o nono in sabbato trinitatis.

^{a)} I Haandskriftets Rand med nyere Haand: Jacop Biørnsß. ^{b)} Afskr.:
Petri. ^{c)} Afskr.: supradicti. ^{d)} Rettet i Afskr. fra: plebano.

22.

1299 Aug. 20. Kristiarn, Kannik i Lund.

*Tabt Orig. i Lunde Kapitels Arkiv. Afskrift i Lundebogen S. 233 med
Overskrift: Testamentum domini Cristiarni canonici super una curia in parro-
chia beati Pauli pro anniversario suo. Dipl. Svecanum II, 294; Rep. 718.
Jfr. Gavebøgerne S. 220 f.*

1 In nomine sancte et individue trinitatis, patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego Cristiarnus presbiter, canonicus Lundensis, mente et corpore sanus, volens ^ade bonis michi a Deo ^a collatis, licet non digne, tamen devote Deo et humiliter famulari; nichil enim habet homo, unde digne suo possit respondere creatori;
 2 ad anniversarium meum singulis annis tenendum do, lego et scoto capitulo Lundensis ecclesie curiam meam, quam habeo Lundis in parochia beati Pauli juxta cimiterium, ita quod fructus sive pensiones de eadem curia provenientes annis singulis taliter dividantur: primo videlicet deducatur dimidia marcha [denar.^b] ad offerendum in die anniversarii mei; canonicis residentibus et non residentibus, qui vigiliis et misse interfuerint, detur dimidia marcha denar.; item ad pitanciam canonicorum dimidia marcha denar.; item vicariis, qui similiter misse et vigiliis interfuerint, due ore denar.; pauperibus scolaribus chorum frequentantibus ij ore
 4 denar.; item fratribus predictoribus ij ore denar.; fratribus minoribus dimidia marcha denar.; item ad dividendum inter pauperes publice mendicantes dimidia marcha denar. erogetur. Totum vero residuum, quod de redditibus dictae curie poterit provenire, cedat fabrice ecclesie beati Laurencii et mense canonicorum, inter se equaliter dividendum, ita tamen quod procuratores bonorum dictae mense canonorum, sub quorum ordinacione volo dictam curiam post dies meos in perpetuum permanere, debent reparacioni dictae curie providere. Concedo eciam et volo, si capitulum Lundense viderit et prospiciat expedire, de consensu domini archiepiscopi predicta curia vendatur
 6 et pro aliis bonis commutetur, unde majores [redditus^b] vel equales poterint provenire. Item confero fabrice ecclesie beati Laurencii sex marchas denar., apud quam intencionis mee est sepeliri, si Deus dederit ante mortem meam interdictum relaxari. Sed si nunc durante interdicto me mori contingat, apud minores eligo

^{a)} Afskr. ^{b)} a Deo de bonis michi. ^{b)} Saaledes Gavebøgerne

sepulturam, quibus tunc sex marchas denar. confero et fratribus 1
 duas marchas ad eorum recreacionem et ecclesie beati Laurencii
 ij marchas denar. Item confero et lego monasterio de Herivado
 ij marchas denar. Monasterio omnium sanctorum Lundis ij mar-
 cas denar. Monasterio Dalby ij marchas denar. Monasterio in
 Asilo ij marchas denar. Item cuilibet monasterio Premonstraten- 2
 sium in Scania dimidiā marcham denar. Item fratribus pre-
 dicatoribus Lundis ij marchas denar. Item fratribus predictoribus
 in Halmstathe et Hælsinborgh, cuilibet claustro eorum marcham
 denar. Fratri Swenoni Cincopa, socio meo condam, dimidiā mar-
 cham denar. Item fratribus minoribus in Ystath et Træleborgh, 3
 cuilibet claustro eorum marcham denar. Item claustro moni-
 alium Lundis et claustro monialium in Byrthinge, cuilibet mar-
 cham denar. Item claustro sanctimonialium in Bosø marcham
 denar. Item priorisse et monialibus ibidem ad suam collacionem
 marcham denar. Item hospitali sancti spiritus Lundis ij oras denar. 4
 Cuilibet hospitali leprosorum in Scania ij oras denar. Item con-
 fero ecclesie beate virginis in Hælsingborgh curiam meam, quam
 emi et construxi funditus, sub hac forma: ij oras det fabrice et
 ij oras pauperibus et teneat anniversarium meum annuatim; sed si
 persona vel vicarius in dicta curia residere noluerit, tutores ecclesie 5
 ordinacionem predicte curie habeant cum condicionibus supradictis.
 Item lego ecclesie Withingsløff ij marchas denar. Item ecclesie
 Rethersløff marcham denar. Item ecclesie beati Pauli Lundis
 marcham denar. Item cuilibet ecclesie parochiali ibidem oram
 denar., sacerdotibus earum cuilibet tantum. Item ministris ecclē- 6
 siarum pro pulsacione, cessante interdicto, cuilibet dimidiā oram
 denar. Constituo executores testamenti mei dominos Jon Little,
 magistrum Laurencium, Aslonem, concanonicos meos, ut ipsi de
 rebus meis ordinent bene et honeste, sicut anime mee viderint ex-
 pedire. Ad que solvenda deputo decretales meas proprias et dena- 7
 rios, quos michi tenetur dominus Johannes Hwith Ripensis cano-
 nicus pro decreto inpingnerato et pro aliis. Si quis autem volunt-
 atatem meam hanc ultimam infringere vel contraire presumpserit
 causa odii vel amoris, iram Dei omnipotentis et sanctorum apo-
 stolorum Petri et Pauli se noverit incursum. In cuius rei testi- 8
 monium presentem literam sigillis capituli Lundensis, abbatis mo-
 nasterii omnium sanctorum, prioris ordinis predictorum, gardiani

1 ordinis fratrum minorum et predictorum exsequitorum una cum
meo proprio facio communiri anno Domini mcccix. tercio decim
kalendas septembbris.

23.

1300 Maj 12. Nicolaus Attisen, Sognepræst i Blystorph.

*Tabt Orig. i Esrom Klosters Arkiv. Afskrift i Esrombogen Bl. 133
med Overskrift: Super bonis Lucøu, Vnnæthorp, Ørby et Dwnawalle per Nico-
laum Atti ß de Blystorph. O. Nielsen, Codex Esrom. S. 162.*

2 In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego Nico-
laus Atti ß, persona ecclesie de Blystorph, corpore quidem infirmus
et debilis, mente [*tamen*] validus, considerans, nichil aliud venturum
tocius humani generis judicem placare posse nisi vita religiosa ac
de substancia terrena exhibita piis locis opera pietatis, ante annos
3 triginta et amplius, devotum animum gerens erga monasterium
sancte Marie de Esrom Cisterciensis ordinis exemplo meorum
omnium progenitorum, quorum ibidem corpora requiescunt frater-
nitate recepta, disposui me ac omnia mea bona, mobilia et im-
mobilia, in terris, pratis, pascuis, silvis, domibus, agris, pecoribus
4 ac suppellectili universa dicto loco tradere ac conferre, quod et jam
in presenti infirmitate correptus, juramento ac promissione factis
super corpus dominicum inter manus meas positum, testamento
meo in hunc modum ordinato anno domini m^occc⁰ in commemo-
racione sanctorum Nerei et Achillei martirum, in fundo et domo
5 ecclesie mee supradicte opere complevi, tradens me supradicto loco
religioso Esrom ad convivendum cum eis ibidem perpetuo, secun-
dum quod abbas et conventus dicti loci michi tam in habitu, quem
ego tollerare potuero, quam in victu disposuerint, conferens simul
et assignans in presenti dictis abbati et conventui omnia bona
6 mea supradicta, sive hereditario jure vel alio tytulo acquisita: primo
in Lucøu duodecim oras terre in censu in agris, pratis, pascuis,
nemoribus, domibus, pecoribus, suppellectili universa cum omnibus
pertinentiis suis et juribus, in Vnnæthorp duas oras terre in censu
cum omnibus circumstantiis supra proximo nominatis, in Dune-
7 wælde quinque solidos terre in censu, duobus denariis et dimidio
minus, cum omnibus supradictis pertinentiis et circumstantiis uni-
versis, in Ørby quicquid michi provenit jure hereditario post Jo-
hannem Ingæsun, filium sororis mee, item quicquid habeo in peco-

ribus, in equitiis ac diversa alia substantia mobili acquisita in fundo ecclesie mee, ubi residenciam habui, confirmans presenti scripto ac ratam habens omnem suprascriptam donacionem dicto loco Esrom, abbati et conventui ibidem Deo servientibus in perpetuum, sive de hac infirmitate convalescens cum eis vivere potero, sive etiam ad presens me contigerit de eadem mori, in habitu eorum desiderans toto cordis affectu de presenti seculo emigrare. Item confero supradicte ecclesie mee in Blysthorp ad suam reparacionem decem marchas denariorum. Item Botildi, mulierculae servienti michi, unam culcitram majorem, duo pulvinaria, duo lintheamina et unam cupream ollam mediocrem. Hanc autem voluntatem meam ultimam peto per Dei misericordiam in salutem mee anime confirmari et sigillis dominorum, videlicet abbatis dicti loci de Esrom, Johannis Little, Nicolai sacerdotis de Waldby, qui presens fuit, et fratrī Attī sacerdotis necnon et Tuuonis Jacob B., advocati in Syøburgh, una cum meo sigillo proprio roborari. Constituo insuper fratres dicti loci de Esrom executores donacionum^a mearum in hac pagina loci ultimo positarum, adjurans omnes et singulos, ad quos presens scriptum pervenerit, sub districione divini judicii et sub optentu^b gracie Dei, ne presens testamentum ultime mee voluntatis aliquo modo infringere audeant vel ei ausu temerario contraire. Actum in fundo ecclesie mee predicte Blysthorp anno Domini et die superius memoratis.

24.

1302 Apr. 22. Henrik, Søn af Johannes kaldet Brunswick.

Taft Orig. i Lunde Kapitels Arkiv. Afskrift i Lundebogen S. 225 med Overskrift: Testamentum domini Henrici Brunswick super una taberna Lundis pro anniversario suo, cuius ordinacio erit apud prepositum. Dipl. Svecanum II, 359; Rep. 745. Jfr. Gavebøgerne S. 93.

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego Henricus filius Johannis dicti Brunswick, sciens nichil esse cercius morte et nichil incercius hora mortis, licet corpore debilis, sanus tamen mente, de bonusculis michi a Deo datis testamentum meum condo et ordino in hunc modum: In primis lego ecclesie beati Andree Lundis, apud quam eligo sepulturam, duas marchas denariorum,

^{a)} *Afskr.*: donacionem. ^{b)} *Afskr.*: optenti.

¹ sacerdoti ibidem dimidiā marcham denar. et ministro oram denar.
 Item fabrice ecclesie Lundensis marcham denar. Item fratribus
 minoribus Lundis dimidiā marcham denar. Item fratribus predi-
 catoribus tantum. Item singulis ecclesiis Lundis oram denar.,
 sacerdotibus earundem tantum, ministrorum cuilibet solidum denar.
² Item ecclesie beati Petri monialium Lundis ij oras denar. Item
 ad mensam earundem tantum. Item puero meo Petro cappam
 meam griseam et unam marcham denar. Item Ascero braxatori
 dimidiā marcham denar. Item Attoni duas ocreas. Item Lucie
 unum lectum. Item Botilde tunicam meam bruneticam. Item
³ Ketolēgh unum pellicium. Item ad laudem omnipotentis Dei et
 cultum ipsius ampliandum ac anime mee animarumque parentum
 meorum remedium lego ad anniversarium meum anno quolibet in
 Lundensi choro perpetuo celebrandum quandam tabernam, quam
 jure hereditario habui post patrem meum dilectum, que est inter
⁴ tabernas mercatorum ad partem fori orientalem sita, media inter
 tabernam Mathei Joonß civis Lundensis et tabernam Mathei fratris
 mei uterini, de cuius pensione volo quod quolibet anno deducatur
 due ore denar., inter scolares pauperes dividende, et due ore ad
 commodum fabrice ecclesie Lundensis convertende; residuum autem
⁵ pensionis taberne supradicte volo quod inter canonicos et vicarios,
 qui vigiliis et misse interfuerint, dividatur, hoc proviso, quod me-
 moria animarum dilectorum michi patris et matris in predicto
 anniversario meo annuo habeatur. Volo insuper quod prepositus
 Lundensis, quicunque pro tempore fuerit, curam predice gerat
⁶ taberne et in sua ordinacione disponat, prout superius est expres-
 sum. Exsequentes autem hujus testamenti constituo et ordino
 dilectos michi in Christo Matheum Joonsß, Hartleuum et Johannem
 Brochos, cives Lundenses, rogans ipsos humiliter et devote, ut hanc
⁷ meam ultimam voluntatem prosequi velint ad effectum, prout coram
 Deo audeant respondere. In cuius rei testimonium sigillum capituli
 Lundensis una cum sigillo meo et sigillis exsequitorum meorum
 necnon sigillo Nicolai fratris mei uterini presenti testamento rogo
 apponendum. Datum Lundis anno Domini m⁰ccc⁰ secundo decimo
 kalendas maji^a.

^{a)} I Kapitlets Gavebog er Kannik Henriks Død indført med Aaret 1302 under 20. April; der er da maaske en Fejl i Testamentets Dagsangivelse.

25.

1304 Marts 12. *Cecilia, Marsk Johannes Kalfs Efterleverske.*

Orig. paa Perg. med [3] Segl : [1. Cecilias, afbildet i Langebecks Seglsamling i Rigsark., Fasc. 6b]; 2. Kannik Johannes Kalfs (G. S. 86); 3. Peders, Son af N. Absalonson (A. 85). Lunde Kapitels Arkiv, nu i det svenske Rigsarkiv. Dipl. Svecanum II, 409; Rep. 788. Jfr. Gavebøgerne S. 186 f.

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego Cecilia,¹ relicta domini Johannis Kalf quondam marscalci illustris Danorum Sclauorumque regis, sciens pietatis opera per homines in hac vita exhibita ipsos sequi post mortem, et quod nichil de rebus temporalibus secum auferent, nisi quod in pios usus expendere curaverint, pro remedio anime mee de bonis michi a Deo collatis testamentum meum ordino in hunc modum: Lego in primis pro redempcione^a crucis ad terram sanctam viginti marcas denariorum Jutensis monete. Item locum sepulture mee eligo apud fratres predicatores in viciniori conventu loco mortis mee, in quacumque terra me mori contigerit, et eidem conventui lego viginti marcas^b denariorum illius terre et crucem auream, quam habeo, in qua est lignum Domini. Item omnia bona mea mobilia et immobilia in Wrahæthorp^b, que jure hereditario habui post matrem meam, confero Lundensi ecclesie sub hac forma, quod de redditibus inde provenientibus deducatur una marca denar. ad fabricam ecclesie, et una⁴ marca denar. distribuatur inter canonicos, qui vigiliis et missis interfuerint in die anniversarii mei, et due ore inter vicarios dividantur, due ore ad offerendum in die anniversarii mei, residuum vero inter pauperes dividatur. Ordinacionem autem istorum bonorum et curam committo decano Lundensi, qui pro tempore fuerit,⁵ ordinandam. Item fratribus predicatoribus Lundis sex marcas denar., si ibidem sepulta non fuero. Fratribus minoribus ibidem^v marcas denar. Ecclesie sancte trinitatis ibidem. xij oras denar., sacerdoti ij oras. Monialibus apud sanctum Petrum iij marcas denar. inter eas distribuendas. Ecclesie omnium sanctorum ibidem i marcam⁶ denar. Hospitali sancti spiritus ibidem i marcam denar. Hospitali leprosorum ibidem i marcam denar. Ecclesie sancti Johannis i marcam, sacerdoti i oram. Ecclesie sancti Pauli i marcam, sacerdoti

^{a)} Orig.: redēpmcione. ^{b)} Gavebogen: Wraghæthorp.

1 i oram. Ecclesie sancti Petri monialium i marcam. Ecclesie sancti Petri, que dicitur litlæ, dimidiam marcam, sacerdoti i oram. Ecclesie sancti Andree dimidiam marcam, sacerdoti ibidem i oram. Ecclesie sancti Magni dimidiam marcam, sacerdoti i oram. Singulis aliis ecclesiis Lundis a jam dictis ij oras, sacerdoti i oram.
 2 Item fratribus predictoribus in Helsingburgh iij marcas denar. Ecclesie in Lummæ ij marcas, sacerdoti dimidiam marcam. Nicholao ministro dimidiam marcam. Ecclesie in Burlef dimidiam marcam. Ecclesie in Asmundæthorp dimidiam marcam, sacerdoti ij oras. Claustro in Tummæthorp noviter combusto i marcam
 3 denar. Item fratri Andree lectori ordinis fratrum predictorum in Aosia i marcam denar. Item lego marcam annone cum dimidia inter pauperes viduas et alios indigentes distribuendam. Item ecclesie Andwordskou in Syalandia quinque marchas denar. Ecclesie Jarløsæ dimidiam marcham. Ecclesie Gyslingæ dimidiam marcam.
 4 Ecclesie Munkæbiærby dimidiam marcham. Fratribus predictoribus Roskildis i marcham. Fratribus minoribus ibidem i marcham. Item sororibus Cristine et Ælizef, filiabus sororis mee apud sanctam Claram Roskildis, cuilibet i marcham. Item ecclesie Winningæ in Feonia dimidiam marcham denar. Ecclesie Niærthøu i marcham
 5 denar. Ecclesie Lundæ dimidiam marcham denar. Ecclesie Aby dimidiam marcham denar. Fratribus predictoribus Otthonie unam marcham. Fratribus minoribus ibidem i marcham denar. Item lego sex marchas denar. dandas pauperibus scolaribus. Item fratribus predictoribus Ripis v marchas denar., si ibidem sepulta non
 6 fero, et psalterium, quod dedit michi dilectus maritus meus, sive ibidem sepulta fuero sive non. Ecclesie Byartæ in Jucia unam marcham denar. Ecclesie Stenthorp unam marcham denar. Domino Bondoni presbitero in Dalby unam marcham denar. Ecclesie beate virginis Wibergis quinque marchas denar. Ad altare sancti
 7 Ketilli ibidem i marcham denar. Fratribus predictoribus Wibergis quinque marchas denar. Fratribus minoribus ibidem iij marchas denar. Ecclesie sancte trinitatis unam marcham denar. Item ecclesiis sancti Mathei, sancti Johannis, sancti Nicolai, sancti Michaelis ibidem, cuilibet unam marcham denar. Monialibus ad sanctum Botulfum ibidem iij marchas denar. inter eas distribuendas.
 8 Item ecclesie sancti Botulphi et singulis aliis Wibergis a jam dictis dimidiam marcham denar. Monialibus in Asmeld unam marcham

inter eas distribuendam et ecclesie i marcham. Ecclesie sancti Petri in Skiuæ iij marchas denar. Item ad altare sancti Thiudgeri in Westerwik ij marchas denar. Ecclesie Mambræ ij marchas denar. Fratribus predictoribus Arusie unam marcham. Fratri Thorstano seniori ibidem i marcham. Claustro Øm iij marchas denar. Domino Thorkillo quondam capellano meo x marchas denar. Es[!]jeucionem autem hujus mee ordinacionis, diligenti delibera-
cione prehabita confecte, committo dilecto filio meo Johanni Kalf decano Lundensi et aliis suis fratribus, filiis meis, et domino Petro de Eliæryth, fratri meo, ut ipsi de hiis se fideliter intromittant et debito effectui mancipent, secundum quod voluerint in extremo examine coram altissimo judice respondere. In hujus autem ordina-
cionis et facti evidenciam et confirmacionem pleniorum sigillum meum una cum sigillis dictorum, videlicet Johannis Kalf filii mei et domini Petri de Eliæryth fratris mei presentibus sunt appensa. Actum anno Domini m^occc^o quarto in die beati Gregorii pape.

26.

1304 Aug. 8. Johanna, Hr. Gudmund Lilles Efterleverske.

Tabt Orig. i Lunde Kapitels Arkiv. Afskrift i Lundebogen S. 110 med Tilføjelse: Extat de hac litera unum vidisse, quod Ysarnus archiepiscopus E. regi Danorum miserit; Afskriften er dog ret mangelfuld. Dipl. Svecenum II. 425: Rep. 794. Jfr. Gavebøgerne S. 309 f.

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego Jo-
hanna, relicta quondam domini Gudmundi Lille, sensu docente
ewangelico, qui dicit: Vigilate, quia nescitis diem neque horam,
diligenter premonita, ne presentis vite exitum, cujus hora et die
nichil incertius, incaute dormiendo preventa penitus obliviscar, ad
laudem et gloriam creatoris, qui me dignatus est pluribus dotare
graciis, omnia bona mobilia et immobilia, que habeo in Staffnstorp
in parrochia Næweshøg in Bareheret, sana mente et corpore pro
salute anime mee lego, secundum leges patrie et consuetudines
scoto et ordino in hunc modum: In primis volo, quod in exsequiis
meis tres misse, una ad summum altare ecclesie beati Laurencii, &
secunda ad altare sancti Stephani, tercia ad altare sancti Vincencii
cum nota celebrentur. Preterea legatur una missa ad quodlibet
altare in ecclesia memorata. In octavo quoque et tricesimo die
missa animarum juxta morem ad summum altare prout in exsequiis

1 celebretur. In vero missis omnibus volo quod oblaciones de dictorum bonorum redditibus ministrentur, et de oblacionibus hujusmodi vicarii in choro Lundensi percipient duas oras, reliquum vero inter canonicos, qui predictis [missis] interfuerint, equaliter dividatur. Item eodem die per totam civitatem Lundensem debet 2 communiter pro anima mea cum campanis pulsari. Item eodem die exequiarum de predictis redditibus fratribus predictoribus una lagena transie, altera fratribus minoribus, tercia sancti Petri monialibus ministrentur. Si quid vero remanserit de dictorum bonorum redditibus, pauperibus scolaribus et aliis publice mens 3 dicantibus erogetur. Insuper volo, quod [pro^a] animabus patris et matris ac dilecti quondam mariti mei domini Gudmundi in singulis anniversariis meis due marche denariorum de [redditibus e dictis bonis provenientibus pro^b] fabrica Lundensis ecclesie depententur; ad offerendum vero dimidia marcha, pauperibus scolaribus, 4 scolas et chorum frequentantibus, due ore, aliis pauperibus publice mendicantibus due ore, vicariis vero, qui vigiliis et misse interfuerint, due ore largiantur. Item ministris, qui die exequiarum [etc.] anniversarii in turri ecclesie predice campanas pulsaverint, ora denariorum tribuatur. Quidquid autem residuum fuerit, inter 5 canonicos sive residentes sive non, qui vigiliis et misse interfuerint, equaliter dividatur^d. Item volo, ut quicunque pro tempore ordinacionem bonorum mense communis canonicorum habuerit, dicta bona in Staffnstorpe, ut premissum est, habeat ordinanda. Ceterum discretos viros dominos Andream prepositum, Johannem decanum, 6 Aslonem et Petrum dictum Holmbo, canonicos Lundenses, omnium rerum mearum mobilium, que^e post obitum meum in curia mea reperte fuerint, erogatores, dispensatores et distributores exnunc facio, ordino et constituo, volens, ne quis heredum meorum seu quisquam alius se de ipsis aliqualiter intromittat, sed ipsi res meas 7 predictas inter familiares meos erogent, dispensent et distribuant, prout in testamento meo seu ultima voluntate fuerit ordinatum.

^{a)} Mulig ligger Fejlen snarere deri, at Ordene: animabus fratris domini Gudmundi hører hjemme ovfr. i L. 6 mellem cum og campanis; det foregaende communiter kunde tyde herpaa. ^{b)} Oversprunget i Afskriften og her tilføjet efter Kapitlets Gavebog. ^{c)} Saaledes Gavebogen. ^{d)} Sætningerne: Item ministris osv. og Quidquid autem osv. er ombyttede i Afskriften; Gavebogen har dem i den rette Orden. ^{e)} Afskr.: qui.

In quorum omnium evidenciam et certitudinem pleniores sigilla 1
dominorum Nicolai Magnus^s, Petri Jonæß quondam prefecti, Petri
filii N. prefecti, Andree de Høghby, Andree dicti Gagge, militum,
Petri Vffæß et Nicolai Tuueß^f de Harabiærgh una cum meo pro-
prio presentibus sunt appensa. Actum et datum Lundis in com-
muni placito Scaniensi anno Domini m^occe^o quarto die sabbati 2
proxima ante festum beati Laurencii martiris.

27.

1304 Dec. 9. *Præsten Henzæ [Baggy^a].*

Orig. paa Perg. med 3 Segl: 1. Præsten Ebbos (G. 360); 2. Kannik Peders (G. 338); 3. Kannik Johannes' (G. 339). Københavns Kapitels Arkiv, nu Rigsark., Kbhvns. Gejstlighed 34. Rørdam, Kbhvns. Kirker og Klostre, Tillæg S. 4; Rep. 797.

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego Henzæ sacerdos, sanus mente, licet eger corpore, de bonis michi a Deo concessis in salutem anime mee condo testamentum meum in hunc modum: In primo lego dimidietatem porcionis mee sub hac forma: 3 Ecclesie beate virginis Hafnis decem marchas denariorum, in qua michi eligo sepulturam. Item eidem ecclesie tabernam unam cum fundo sibi subjacente, in qua residet Arnoldus sartor, sub hac condicione, quod tutores dicte ecclesie aniversarium meum cum duabus marchis annuatim observabunt, quarum xij oras canonici, qui inter- 4 fuerint vigiliis et misse, habere debeant, vicarii ij oras et pauperes scolares ij oras. Item ad mensam canonicorum tres marchas. Item ecclesie beati Petri Hafnis ij marchas, sacerdoti dimidiæ marcham et dyacono ij oras. Item ecclesie beati Nicholai ibidem ij marchas, sacerdoti dimidiæ marcham et dyacono ij oras. Item 5 ecclesie beati Clementis ij marchas, sacerdoti dimidiæ marcham et dyacono ij oras. Item domino Eboni sacerdoti ij marchas. Item domino Johanni Odiliæ ij marchas et unum par linearum vestium. Item ministro ecclesie beate virginis ij oras. Item ecclesie fratrum minorum Hafnis marcham. Item ad mensam ipsorum marcham. 6 Item domui sancti spiritus marcham. Item hospitali ij marchas. Item domine Margarete relicte Gerikæ unum choclear argenteum et iij marchas denar. Item Cristine nepti mee unam tabernam cum fundo, in qua residet Gotskalcus, et tunicam meam blaveam

^{f)} Afskr.: Tuneß.

^{a)} Saaledes efter en Paaskrift paa Brevet.

1 cum capucio et balteo meo cum suis appendentibus. Item Matheo
 genero meo capam meam et pellicium. Item uxori sue culcedram
 magnam cum alia minori. Item Botildi Tannæ ij marchas. Item
 Cristine mœ marcham. Item cuidam Botildi marcham. Item iij
 fratribus meis in Esrom ix marchas. Item dominis Petro et Jo-
 2 hanni, canonicis Hafnensibus, sex marchas, quos constituo exequo-
 tores testamenti mei, ut ipsi quicquid residuum fuerit de media
 porcione mea preter ea, que jam nominatim expressa sunt, inter
 pauperes distribuant, ut coram summo judice voluerint respondere.
 Siquis autem hanc ultimam voluntatem meam infregerit, iram Dei
 3 omnipotentis et sanctorum suorum omnium se noverit incursum.
 In cuius rei testimonium sigillum domini Ebonis confessoris mei.
 quia sigillum personaliter non habeo, una cum sigillis dominorum
 Petri et Johannis, canonicorum Hafnensium, apposui presenti testa-
 mento. Actum anno Domini m^occc⁰ quarto feria iij. proxima
 ante Lucie.

28.

1307 Okt. 9. Cecilia, Sevi Joonson Littlæs Datter.

Tabt Orig. i Esrom Kloster. Afskrift i Esrombogen Bl. 108. O. Nielsen, Codex Esrom. S. 130.

4 In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ex delicto^a
 primi parentis cunctis infligitur, quod humana memoria labilis sit
 et caduca, nisi rei geste series litterarum testimonio roboretur. ^bQua-
 propter^b ego Cecilia, filia domini Sevi Joon ß dicti Littlæ bone
 memorie, graviter in lecto egritudinis detenta. sana tamen mente
 5 et conscientia bona, considerans, ut, cum magni judicij dies advenerit,
 nichil salubrius sive utilius in hoc seculo invenitur quam terrena
 vitare, elemosinam facere et de leticia regni celestis continue cogi-
 tare, idcirco de bonis et prediis michi a Deo concessis meum con-
 st[it]uo testamentum in hunc modum: Inprimis omnium lego et con-
 6 fero monasterio Esrom, ubi meam eligo sepulturam, curiam meam,
 quam habeo in Smørem, cum omnibus agris, pratis ac aliis dicte
 curie adjacentibus et sexaginta marchas denariorum, tali tamen
 prehabita condicione, quod, cum conventus predicti monasterii anni-
 versarium meum in quolibet anno habuerit, extunc proventus et

^{a)} Afskr.: dilecto. ^{b)} Afskr.: eya pp (med Forkortelsesstreg); O. Nielsen læser: eya perpetuo.

redditus dictae curie pitantie memorati conventus^b annuatim ad-¹
jacebunt. Item domino Johanni Albo abbatii ibidem x marchas
denar., fratri Henzæ dicto Krabbæ iiiij marchas denar. Item ecclesie
beate virginis Haffnis v marchas denar., pauperibus scolaribus ibidem
iiij marchas denar., ecclesie fratrum minorum ibidem v marchas
denar., conventui v marchas denar. Nicholao dicto Grøning iiij mar-²
chas denar., fratri Laurentio iiij marchas denar., fratri Johanni
dicto Paschæ iiij marchas denar., fratri Petro dicto Fugimus[?] ij
marchas denar., fratri Augustino ij marchas denar., fratri Boo
layco marcham denar. Item ad domum sancti spiritus Haffnis
marcham denar., infirmis ibidem marcham denar., hospitali lepro-³
sorum ibidem marcham denar., leprosis duas marchas denar. Item
monasterio in Æplæholt iiij marchas denar. Item ecclesie in Hæl-
singæ ij marchas denar., presbitero ibidem marcham denar., ministro
dimidiæ marcham denar. Ecclesie Birkeryth ij marchas, presbitero
ij marchas denar., ministro marcham. Item ecclesie monialium in⁴
Slangethorp vi marchas denar., monialibus ibidem vi marchas denar.
Item domine Cecilie Salmødoter x marchas denar. Elsebe ibidem
iiij marchas denar. Item ecclesie Smørem marcham denar., pres-
bitero dimidiæ, ministro ij oras denar. Item ecclesie beati Lucii
Roskildis v marchas denar., pauperibus scolaribus ibidem iiij mar-⁵
chas denar., ecclesie fratrum minorum ibidem v marchas denar..
conventui ibidem v marchas denar., ecclesie beate virginis ibidem
iiij marchas denar., domine Ingæ moniali ibidem iiij marchas denar.,
ecclesie fratrum majorum ibidem ij^d marchas denar., ecclesie beate
Agnetis ibidem v marchas denar., conventui monialium v marchas,⁶
sorori Katerine Martensdotter ibidem viij marchas denar. et unum
salterium sibi per me concessum. Item ecclesie sancte Clare ibidem
iiij marchas denar., hospitali leprosorum ibidem marcham denar.,
leprosis ij marchas denar. Item infirmis in domo sancti spiritus
ibidem ij marchas denar., ecclesie beati Laurenti[?] ibidem marcham⁷
denar., ecclesie beati Olaui ibidem marcham denar., ecclesie beati
Martini ibidem marcham denar. Item ecclesie Hersleff marcham
denar. Ecclesie Lywngby in Walburhæret marcham denar. Ecclesie
Sælsø marcham denar. Item ecclesie in Stixwithby ij marchas
denar. Item monasterio in Ryngstæðæ ij marchas denar. Fratri-

c) *Afskr.*: conventui. d) *Rettet fra:* iiij.

1 bus predictoribus in Holæbæk marcham denar. Fratribus minoribus in Kalendæburg iij marchas denar. Item monasterio in Soræ v marchas denar. Item fratribus minoribus in Nestwæth iij marchas denar., fratribus majoribus ibidem ij marchas denar. Item monasterio sancti Petri juxta Næstwet ij marchas denar. Item
 2 hospitalibus leprosorum [*in*] Kalændæburgh^e, Ringstæthæ et Slagh-løsia, cuilibet horum marcham denar. Item in Norjucia ecclesiis Allestorp, Gethstathæ et Bøligh, in quibus parrochiis bona mea sunt sita, confero cuilibet earum marcham denar., cuilibet presbitero ibidem dimidiā marcham denar. et cuilibet ministro in
 3 dictis ecclesiis ij oras denar. Item fratribus minoribus in Wiburg v marchas denar. et ad fabricam ecclesie eorum iij pund annone; fratribus majoribus ibidem ij marchas denar. Item ecclesie beati Mathei ibidem marcham denar. Item ecclesie beate virginis Ripis iij marchas denar., pauperibus scolaribus ibidem iij marchas denar.,
 4 fratribus minoribus ibidem v marchas denar., fratribus majoribus ibidem iij marchas denar., ecclesie beati Johannis ibidem marcham denar., ecclesie beati Clementis ibidem marcham denar. Item ad domum sancti spiritus ibidem marcham denar. Item domine Thyre in ipsa domo existenti^f x marchas denar. Item in Syndærjwcia
 5 ecclesie beati Petri in Hethæby iij marchas denar., pauperibus scolaribus ibidem iij marchas denar., fratribus majoribus ibidem iij marchas denar., fratri Woghn ibidem iij marchas denar., monialibus ibidem iij marchas denar. Item hospitali in Syndræburgh Alsiø vij marchas denar. Item in Scania ecclesie in Qwithingi
 6 marcham denar. Scaniensium, presbitero ibidem dimidiā marcham denar., ministro ij oras. Fratri Swenoni in Hælsyngburgh ij marchas denar., fratri Petro Towæß ordinis fratrum minorum iij marchas denar., fratri Olavo ejusdem ordinis marcham denar. Scaniensium. Item ecclesie in Brunæstæthæ marcham denar.
 7 Scaniensium, domino Nicholao presbitero ibidem, quondam clericō et capellano meo, breviarium meum. Item confero ad beatam virginem in Takæn ij marchas puri argenti. Item de lx marchis denar. Siælandensium, michi a quodam amico meo speciali commissis pro anima ejus conferendis, lego ad fabricam ecclesie in Slængæthorp xx [marchas] denar., item ecclesie beate Agnetis Ros-

^{e)} *Afskr.*: Lalændaburgh. ^{f)} *Afskr.*: existente.

kildis xx marchas denar., item ad fabricam ecclesie fratrum minorum Haffnis xx marchas denar. Item confero dilecte consanguinee mee domine Æthlæ, uxori domini Nicholai dicti Ranæ, unum scrineum cum reliquiis et unam tabulam. Insuper confero familie mee in curia mea existenti, primo Andree dyacono, clero meo, x marchas denar. et unum polidrum de melioribus, quos habeo in Jucia, de equiciis meis. Item Johanni dicto Hwit, jam famulo filii mei Nicholai predilecti, tam pro denariis, in quibus sibi teneor obligata, quam eciam pro diutino et fideli servitio suo michi impenso, xxx marchas denar. Item Laurentio famulo meo xv marchas denar. et majorem griseum equum^s in curia mea. Item Hildebrando dicto Jutæ v marchas denar. et minorem griseum equum meum. Item Johanni Parvo iij marchas denar. et unum bruneum equum. Item Magno unum nigrum equum^g. Item Vilikino medico Haffnensi unum polidrum de Jucia, Hartbo cursori meo unum polidrum ibidem. Item Johanni procuratori in Hælsingi unum bovem et unam vaccam. Item Boo Æsæ son ibidem unum bovem et unam equam. Item Botildi^h ancille mee xvi ulnas boni panni Gentæst cum una foratura de variis pellibus, in cista mea jacente, unum lectum cum linthiaminibus et kæltæ necnon et unam capam manicatam blavii coloris. Item Margarete Niclis dotter meam⁵ capam et tunicam de nigro panno moræth et unum lectum cum linthiaminibus et kæltæ et blavia capa manicata. Item Margarete Clementis filie xiiij ulnas boni panniⁱ Nøvælst, ij vaccas. ij pund annone, unum lectum cum lectisternio et linthiaminibus. Item Cristine Pauli meam blaveam capam et tunicam cum una vacca.⁶ Item Cristine Johannis filie, pauperi^k vidue, unam vaccam. Item cuidam Cecilie, pauperi^k vidue, unam vaccam. Item cuidam pauperi^k relicte Cullfet de curia Hirnixholm iiij oves. Item Ingeburgh lotrici ibidem unam vaccam. Item Cristine Pæthers dotter, quondam ancille mee, x marchas denar., Margarete Jacobs doter,⁷ quondam eciam ancille mee, v marchas denar. Item Petro dicto Sporgh, cursori Andree dyaconi, marcham denar. Item Michaeli Kary unam equam, Petro dicto Buuk unum bovem, Tuconi ceco unum lectum cum lintheaminibus et lectisternio. Item Iacobo piscatori, quondam famulo meo, unum polidrum in Hælsyngæ.

^{s)} Afskr.: equum. ^{h)} Afskr.: Botilde. ⁱ⁾ Afskr.: pamni. ^{k)} Afskr.: paupere.

1 Preterea¹ hec subsequentia sunt debita, in quibus teneor obligata: Primo de debitibus predilecti mariti mei, domini Tukonis Juræs ß bone memorie, ecclesie in Stixwithby xij marchas denar. pro ij bobus, ecclesie in Sælsø viij marchas, que^m restabant pro quadam decima ejusdem ecclesie. Item teneor ex parte dicti mariti mei xl 2 marchas denar. per heredes meos exolvendas et xx marchas inter pauperes ecclesias et egenos circumquaque distribuendas. Item domine Æthlæ supradicte vi marchas denariorum, Iacobo dicto Lang v solidos Scanienses. Item teneor nobili domine Major nomine, uxori domini Johannis dicti Dampæ in Syndærjucia, vi 3 solidos sterlingorum. Ceterum isti tenentur michi solvere denarios subscriptos: Primo Nicholaus Tymbræ Haffnis xvij oras denar., Kætælugh ibidem vi marchas denariorum. Exequores autem hujus testamenti constituo dominum Petrum Niclis ß de Thoslandia, Nicholaum filium meum predilectum de heredibus meis et dominum 4 Petrum dictum Wæthær, consangwineum meum predilectum, ad hec instanter per me rogatos et inductos, quibus committo et in manus assigno absque omni mea sive heredum meorum revocatione vel contradictione omnia bona mea mobilia et immobilia in Jucia sita ad solucionem istius testamenti atque debita supradicta per- 5 solvenda, monens eos et exortans per aspersionem sanguinis domini nostri Ihesu Christi, ut ipsi cum proventibus et redditibus predictorum bonorum omnia dicta solvant integraliter et perfecte, prout coram Deo et summo judice voluerint respondere. Ne igitur de presentis testamenti confectione aliqua in posterum possit dubitacio 6 suboriri, presentem literam cum sigillis venerabilium patrum ac dominorum Olaui miseracione divina episcopi Roskildensis, fratris Johannis abbatis in Æsrom, quos cum instantia peto, necnon et cum sigillis militum predictorum Petri Niclis ß, Petri dicti Wæther et Nicholai filii mei supradicti ac meo proprio sigillo feci 7 communiri. Insuper humiliter et obnixe peto ab heredibus meis predilectis, quos in egritudine mea attingere non potui, videlicet a dominis Johanne dicto Møltekæ juniore, Henrico Albrechß et Petro filio meo dilecto, ut omnia supradicta firma habere velint atque rata et cum eorum sigillis presentes literas sigillare. Actum Hyruixholmæ anno Domini m^occc^o septimo in die beati Dyonisii,

¹⁾ *Afskr.*: preterea. ^{m)} *Afskr.*: qui.

presentibus viris religiosis dominis Alberto, quondam abbate in Esrom, fratre Nicholao dicto Grøningh ordinis fratrum minorum et Nicholao filio meo sepedicto cum aliis fide dignis. A modo rogo exequatores hujus testamenti suprascriptos et nominatos amore Ihesu Christi et gloriose virginis matris ejus, Marie, ut viriliter astare nituntur, ne bona ad hujus testamenti solutionem assignata ad heredes meos devolvantur, antequam infra[!]scripta locis et personis supra memoratis integraliter fuerint persoluta.

29.

1308 Maj 23. Cristina, Hr. Jakob Blaphoots Efterleverske.

Orig. paa Perg. med [6] Segl: 1. Bisp Olafs (G. 156); 6. Cristinas (A. 90). Roskilde Claræ Klosters Arkiv, nu Arnamagn. Dipl. LIV, 24. Rep. 869.

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego Cristina relicta domini Jacobi dicti Blaphoot, considerans id solum de bonis transitoriis non transire, quod in opera pietatis erogatur, mente valida, licet viribus corporis destituta, de bonis michi a Deo concessis in remedium anime mee testamentum meum condo et ordino in hunc modum: In primis igitur lego et confero sororibus apud sanctam Claram Roskildis duas curias meas in Hafnæleuæ, in quibus demorantur Nicolaus Gris et Petrus Jutæ, apud quas sorores immutabiliter eligo sepeliri. Item pro edificio monasterii dictarum sororum lx marcas denariorum. Item sorori Hildeburg ibidem vi solidos sterlingorum. Item filie mee, sorori Margarete ibidem, meliorem fibulam meam auream et iij anulos aureos et balteum meum ornatum argento, cui etiam teneor obligata in xxvi marcas denar., que ab amicis suis extiterunt sibi date. Item pro vestibus sororum in communi ibidem xvij ulnas rubei scarleti, cistam meam meliorem, unum sabel, unum mensale novum consutum et lxxx ulnas de gracili tela linea. Item fratri Henrico Stalburgh iij marcas denar. Item fratri Bernardo tantum. Item fratri Martino tantum. Item fratri Bo laico i marcam. Item monialibus apud beatam virginem Roskildis x marcas denar.; sororibus Gertrudi Joons doter et Cristine germane sue ibidem iij marcas. Item fratribus minoribus Roskildis viij marcas denar. Item fratribus predicatoribus ibidem tantum. Item sororibus apud sanctam Agnetem

1 ibidem vi marcas denar., sorori Alikæ majori ibidem i marcam
 denar. Item hospitali sancti spiritus Roskildis i marcam de-
 nar., hospitali leprosorum ibidem tantum. Item fratribus predi-
 catoribus in Arus x marcas denar., fratri Andree ibidem ij marcas.
 Item domino Thiderico in Sieløue iij marcas denar. Item fratri-
 bus minoribus in Randrus x marcas denar., fratri Lytberto ibidem
 iiij marcas denar. Item sorori Ingæ Jacobs doter et germane sue
 apud monasterium monialium ibidem vi marcas denar. Item fra-
 tribus minoribus Wibergis x marcas denar. Item fratribus mino-
 ribus in Alæburg tantum. Item monialibus apud beatam vir-
 ginem ibidem tantum. Item domine Cristine Thorkils doter ibidem
 vi marcas denar. Item sorori mee domine Ethlæ unum anulum
 aureum. Item cuilibet filiarum suarum unum anulum aureum.
 Item Margarete Thruuts doter mantellum meum de bruneto, variis
 pellibus sufforatum, blaveam tunicam meam, omnes culciras,
 4 pulvinaria, cussinos, lintheamina, colther et cappam meam mani-
 catam ac x marcas denar. Item Gretæ ancille mee blaveum collo-
 bium meum. Item Petro Thordun ij marcas. Item Johanni
 Wadde tantum. Item Cecilie uxori Johannis Paulß juxta Randrus
 viij marcas denar. Item domui seu hospitali Andwarscogh vi
 5 marcas denar. Item Osæ Helmici, que est cum uxore dapiferi
 Ivari, x marcas denar. Item Margarete Laurens doter iiij marcas
 denar. Item pauperibus viduis, pupillis et orphanis penuriose
 viventibus unam lestam ordei, dividendam inter ipsos. Hujus autem
 mee voluntatis ultime et testamenti executores constituo dominum
 6 Nicolaum Rany, dilectum generum meum, et cognatum meum
 dilectum Nicolaum Bondi per hunc modum, ut scilicet omnia ero-
 ganda in Sialendia dominus N. Rany predictus exequatur et exolvat,
 pro quibus cicias expediendis assigno eidem domino N. curiam
 meam in Hafnæleue cum omnibus bonis contentis in ea, in qua
 7 residet villicus meus Alban. Que vero in Jutia fuerint persolvenda,
 cognatus meus Nicolaus Bondi predictus eroget et exolvat, pro qui-
 bus expeditius erogandis ac debitibus meis persolvendis eidem in
 Jutia tres meas curias cum bonis contentis in eis assignavi. In-
 super assigno domino N. Rani prefato tres marcas ordei in Hafnæ-
 s leue, ut et inde testamentum plenius exolvatur. Adjuro autem
 executores predictos per aspersionem sanguinis Jhesu Christi, ut
 hanc meam ultimam voluntatem et testamentum taliter et tam

cito ordinent et exequantur, ut saluti anime mee consulatur et ipsi 1 periculum suarum vitare possint animarum. Ad certitudinem autem et stabilitatem firmiorem sigilla venerabilis in Christo patris ac domini O. Dei gracia episcopi Roskildensis ac honorabilis viri domini O. decani et discreti domini Johannis Thythæberg canonici Roskildensis neenon et nobilium dominorum N. dicti Rany et Petri 2 Wæther cum meo proprio sigillo huic littere apponi supplico humiliter propter Deum. Actum et datum Roskildis, presentibus reli-giosis fratribus Henrico Stalbug et Bernardo ac aliis fide dignis, anno domini m^occc^oviiij^o in die ascensionis Domini.

30.

1309 Aug. 9. Tuvo Atenmark.

*Tabt Orig. i Ribe St. Johannes' Kirkes Arkiv. Trykt af Terpager,
Ripæ Cimbr. S. 377, i hvis Aftryk der dog er flere Huller og uforstaaelige
Steder. Rep. 895.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ego Tuuo dictus 3 Atenmark, licet debilis corpore, sanus tamen mente, cupiens anime mee salubriter providere, testamentum meum condo in hunc modum: In primis unum fundum jacentem ex opposito ad introitum fratum predicatorum, xij ulnas in latitudine continentem, longitudinem vero habentem^a sicut alii fundi circumiacentes, quem emi de Henkino 4 Haredo, lego ad tenendum et servandum in perpetuum [lampadem?] sive cereos ad illuminandum coram corpore Christi in ecclesia beati Johannis Ripis; item unum fundum contiguum fundo supradicto ad partem borientalem, quem emi de domino Ribone sacerdote et Jacobo Røeth, eciam xij ulnas habentem in latitudine, ad tenendum 5 cereos coram corpore Christi in ecclesia beate virginis Ripis in perpetuum ad majus altare; ita videlicet, quod heredes mei dictos fundos in manibus habeant, quam^b diu prefatos cereos honeste tenuerint annuatim; si vero ipsi in hujusmodi cereis per negligentiam vel alio modo defecerint, tunc domini archidiaconus et cantor, qui pro 6 loco et tempore fuerint, cum consilio capituli ordinationem dicti fundi libere habeant^c ad usus supradictos^c cum edificiis inibi constructis II[!]. Item unum pratum in Risby mark, in duobus locis [situm?], quatuordecim plaustr[at]orum feni juxta antiquam esti-

^{a)} *Terpager:* hunc. ^{b)} *Sstds.:* quia. ^{c)} *Sstds.:* a usu supradicto.

1 mationem, ad illuminaturam super altare beati Johannis in ecclesia
 sua Ripis et super altare sancti Michaelis Ripis in perpetuum,
 redditus ejus prati inter dicta altaria dividendo; et intelligo altare
 sancti Michaelis in ecclesia sua noviter per dominum Christiarnum
 episcopum constitutum^d II[1]. Item, quia bona mea inter heredes
 2 dividantur, dilecte uxori mee Margarete centum viginti marcas
 denariorum usualis monete et pro parte sua^e solvo et pro bonis
 suis propriis levatis, pro quibus centum viginti marcis curiam totam,
 in qua solebam residere, in pignore trado, ^fdonec integraliter ipsa
 M[argareta] habuerit dictam summam[?]^f. In cuius rei testimonium
 3 vel ultime mee voluntatis presens testamentum sigillis reverendi
 patris domini C. Ripensis episcopi et capituli ibidem una cum
 sigillo meo duxi roborandum. Presens vero instrumentum volo
 habere duplicatum, ut videlicet heredes mei unum exemplar^g habeant,
 et aliud sub custodia capituli sit ad cautelam. Testes hujus testa-
 4 menti, qui presentes fuerunt^h, sunt domini Johannes Herod [et]
 magister Fatherusⁱ, canonici Ripenses, Wilkinus Grastop, Gerard
 Nyborg, Henik Hedding, Laurentz Beltesloer et Johannes Petersen.
 Exequatores hujus testamenti constituo dominos Johannem archidia-
 conum et magistrum Fatherum, canonicos Ripenses, rogans^k, ut
 5 faciant hac in parte, quasi coram Deo volu[erit]nt respondere. Actum
 anno Domini m^occc^o nono vigilia beati Laurentii.

31.

1310 Juli 30. Cristiarn, Praest i Harthsysæl.

*Orig. paa Perg. med [6] Segl: 1. Bisp Johannes' (Brudst.; G. 806);
 4. Kantor Petrus' (G. 839); 5. Johannes Nicolaisuns (A. 91); 6. Provst Cri-
 stiarns (G. 899). Ribe Kapitels Arkiv, nu i Rigsarkivet. Hasse, Regesten
 u. Urk. III, 142 (urigtigt under 1313 Aug. 1); Rep. 926.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego pre-
 positus Cristiarnus in Harthsysæl, sanus mente et corpore, volens
 anime mee providere, testamentum meum condo in hunc modum:
 6 A primo do et lego ducentas marchas denariorum usualium pro
 ornamenti ecclesie beate virginis Ripis emendis. Item ratione
 unius misse quolibet die in dicta ecclesia perpetuo dicende confero

^d) *Sstds.*: constituta. ^e) *Sstds.*: seu. ^f) *Sstds.*: ... tori integraliter ipsam
 m. hunnit dictam summam. ^g) *Sstds.*: par. ^h) *Sstds.*: fuerint. ⁱ) *Sstds.*:
 Fathenus. ^k) *Dette Ord staar hos Terpager foran*: constituо.

et, si michi aliquid humanitus interim contigerit, extunc scoto¹ omnia bona et immobilia in Horshaaghæ in parochia Skragh, item omnia bona mobilia et immobilia in Hygingmark in parochia Nybæl, fratri meo Nicholao dicto Haac et michi communia et indivisa, ita quod ipse de bonis nobis communibus in parochia Bork recompenſacionem recipiat; quod si forte pro parte sua de dictis bonis² in Skraghæ et Hyging ratificatum non fuerit, extunc quam^a exnunc addo ad partem meam in predictis bonis terras^b viginti marcharum auri in Nørbork de bonis nobis communibus et indivisis. Item ad anniversarium meum per canonicos in dicta ecclesia beate virginis perpetuo tenendum omnia bona mea in Kiærgarth. Item ducentas³ marchas denar. ad emendum bona, quorum redditus annuatim in anniversario meo pauperibus per cantorem Ripensem perpetuo distribuantur. Item domino meo Cristero Ripensi episcopo vas argenteum cum pede deauratum, secundum valorem suum computandum. Item monialibus in Guthum ad mensam earum sex marchas de⁴ nar. Item ad mensam monialium Ripis tantum. Item fratribus minoribus ibidem tantum. Item fratribus majoribus ibidem tantum. Item infirmis in domo sancti spiritus Ripis quatuor marchas. Item leprosis ibidem tantum. Item cuilibet sacerdoti parochiali Ripis^c dimidiā marcham^c, cuilibet ministro ibidem duas oras. Item⁵ cuilibet ecclesie parochiali Ripis unam marcam. Item domino Johanni, stabulario domini Ripensis, unum polidrum, domino Johanni archidiacono Ripensi unum polidrum, domino Petro cantori Ripensi unum polidrum, magistro Astrato canonico Ripensi unum polidrum. Item domino Jacobo preposito in Warwithsysæl unum polidrum.⁶ Item Nicholao fratri meo dilecto partem meam de bonis in Hawang et in bonis emptis Nørbork de domino N. Erik ß. Item cuilibet ecclesie in Nørbyholm duas marchas, item ecclesie Norbork marcam, item ecclesie Ykost tantum; cuilibet sacerdoti dictarum ecclesiarum^d dimidiā marcham^d. Item domino Michaeli sacerdoti,⁷ qui mecum fuerat, decem marchas. Item Haski procuratori meo viginti marchas et unum polidrum. Item Thordoni filio suo decem marchas. Item domino N. dicto Prior, nunc officiali in Harthsysæl, unum polidrum. Item pauperibus scolaribus in Pukhus decem

^{a)} *Hasse urigtigt*: quod. ^{b)} *Hasse*: terris. ^{c)} *Hasse*: duuas marcas.
^{d)} *Ligeledes*.

1 marchas. Pro hiis autem omnibus adimplendis obligo omnes fructus omnium bonorum meorum ubicumque sitorum, ita quod nichil de eis levetur, antequam de premissis omnibus in hoc testamento contentis fuerit satisfactum. Exequatores autem hujus testamenti facio et constituo prefatum dominum meum Ripensem et dominos 2 Johannem archidiaconum et Petrum cantorem Ripenses et Johannem stabularium dicti domini Ripensis, supplicans, ut coram Deo hec fideliter et efficaciter exequantur. In quorum omnium testimonium presens scriptum sigillis dictorum exequitorum et capituli Ripensis rogavi et feci una cum sigillo meo consignari. Actum et datum anno Domini m^occc^o decimo iij. kalendas augusti.

32.

1319 Nov. 13. Kong Erik (Mændved).

Testamentet, der formodentlig fandtes i Ringsted Klosters Arkiv, kendes kun af et Udtog hos Hvitfeld, Chronologiens anden Part S. 276 (Folioudg. S. 409). Rep. 1276.

3 »Dette Aar døde Konning Erich Mendued til Roskilde, efter hand haffde regerit 33 Aar idib. novembris. Samme dag gjorde hand sit Testamente, oc gaff hand til Ringstedkloster for hans Leyersted Munckeholm oc Munckeholmfang, som er Vinderup, Tordrup, Bretued, Drauerup oc Arnacke. Hand gjorde til Testamente Her 4 Loduig Albretssøn Marsk, Guidonem Canonicum Lundensem, hans Cantzeler, Her Inguor Hiort og Broder Suend Lector til Næstved, hans Scriftefader. Der foruden gaff hand til hans Venner Guld, Sølff, Penninge, Drickekær, Ringe, Skeeder, som ikke gjøres ibehoff her at repetere.«

33.

[1334?] Ærkebiskop Karl.

Tabt Orig. i Lunde Kapitels Arkiv. Ufuldstændig Afskrift i Lunde-bogen S. 216 med Overskrift: Testamentum domini Karoli archiepiscopi ex publico instrumento descriptum. Dipl. Svecanum IV, 373; Rep. 1687.

5 In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Cum mors humano generi certa pateat et ejus eventus utique sit incertus, providum est, ut quisque suorum deposito peccatorum onere contra incautos necis insultus se operibus muniat virtuosis. Nos igitur

Karolus archiepiscopus Lundensis, licet corpore debiles, sani tamen 1 mente, anime nostre saluti providere volentes, testamentum nostrum de bonis nobis a Deo concessis condimus in hunc modum: Primo conferimus et legamus fabrice nostre Lundensis ecclesie crucem argenteam per nos emptam et dimidietatem ornamentorum, que redemimus pro magna summa pecunie post mortem predecessoris 2 nostri, tam pro salute anime nostre quam pro debitibus sepius ab ipsa ecclesia per nos contractis^a. Item capelle sanctorum Mathie apostoli et Dionisii, ubi, si capitulo nostro placuerit, nostram eligimus sepulturam, pannum dictum hethet stykke et unum baldekin. Item altari beate Margarete per nos de novo constructo^b 3 bona omnia, que emimus de Johanne Scaning in Allethorp in parrochia Sersleff. Item altari beate Marthe in choro borientali ecclesie nostre Lundensis duas curias in Ygeløse cum suis omnibus pertinenciis, per nos emptas de preposito Holmgero et Johanne Karlsß, pro sustentacione vicarii altaris ejusdem. Item ad tumbam⁴ beati Andree ibidem unum baldekin. Item ad altare beati Lauren- cii in medio ecclesie nostre Lundensis fundatum unum baldekin. Item successori nostro dimidietatem ornamentorum predictorum et librum nostrum, qui legitur in mensa, tentorium nostrum magnum et jumenta indomita Fliking existencia cum dextrario. Item domino⁵ Karolo episcopo Lincopensi unum polidrum griseum. Item canonicis nostris Lundis residentibus quinque ciphos nostros argenteos et tres marchas annone cum dimidia, in quibus Uffo Pethersß pro decimis suis nobis per patentes literas suas obligatur. Item fratribus predictoribus Lundis marcham argenti et unum baldekin.⁶ Item ad fabricam ecclesie eorundem sex marchas argenti exponendas per magistrum Petrum^c Thorkilli. Item pro ornamentis et necessariis emendis ad altare sancte Margarete predictum sex mar- chas argenti exponendas per eundem magistrum Petrum. Item fratribus minoribus Lundis marcham argenti et unum baldekin.⁷ Item sanctimonialibus Lundis duas marchas argenti et unum baldekin; et si repertum fuerit, quod redditus earum in Barendholm per nos vel predecessores nostros indebite sunt ablati, fiat eis re- stitucio de bonis ecclesie nostre Lundensis, et Johannes Galen de bonis earum in Køpinge, que eis libere resignamus, dimidiā mar-

^{a)} Afskr.: contracta. ^{b)} Sstds.: constructum. ^{c)} Sstds.: Paulum (*Magister Petrus Thorkilli døde 1335; jfr. Gavebøgerne S. 295.*)

1 cham annone nostro nomine assignabit. Item sanctimonialibus in
 Byrtinge duas marchas argenti. Item sanctimonialibus in Bosø
 ij marchas argenti. Item domui sancti spiritus Lundis marcham
 argenti. Item domui leprosorum Lundis marcham argenti. Item
 domui leprosorum in Aoos ij marchas denariorum Scaniensium.
 2 Item domui leprosorum in Borendeholm xx marchas denar. Scanien-
 sium. Item capelle sancte Margarete in castro Hammarensi de
 novo constructe pro bonis ad sustentacionem vicarii ejusdem ca-
 pelle emendis x marchas puri argenti. Item ecclesie sancti Nicolai
 in Aoos marcham argenti et unum baldekin. Item predictoribus
 3 ibidem marcham argenti. Item predictoribus in Hælsinborg mar-
 cham argenti. Item predictoribus in Othens marcham argenti et
 unum baldekin. Item restituimus ecclesie beate virginis in Gam-
 melstoffte pro decima ejusdem per nos recepta, cum prepositus
 essemus ibidem, sex marchas argenti. Item fabrice ecclesie beate
 4 Marie virginis in Ottonia marcham argenti. Item cuilibet ecclesie
 parrochiali Lundis dimidiā marcham denar. Scaniensium, presbitero
 dimidiā marcham [denar.] Scaniensium, dyacono ^aduas oras denar. ^a
 Scaniensium. Item monasteriis Dalby, Hæreswade, Øwith, Bekke-
 skogh et Tummorp, cuilibet marcham argenti. Item vicariis in
 5 choro Lundensi x marchas denar. Scaniensium. Item ecclesie
 omnium sanctorum Lundis pro sua fabrica marcham argenti. Item
 fratribus minoribus in Trælæborg iij marchas denar. Scaniensium.
 Item fratribus minoribus in Ystath tantum. Item heredibus Lude-
 kini de Monte amore Dei et in remedium anime predecessoris
 6 nostri et nostre sexaginta marchas argenti, quas levavit minor Lude-
 kinus de Monte noster famulus de villanis nostris in Aoos, si dicti
 heredes de hoc voluerint contentari, licet sedes apostolica nos,
 successores nostros et ecclesiam nostram ab impetione eorundem
 absolvit, prout in instrumentis super hoc confectis evidenter appa-
 7 ret. Et si dicti heredes de Scania ratione debitorum, que exigunt,
 aliquos impediverint, extunc ipse Ludekinus ipsas sexaginta marchas
 argenti exsequtoribus nostri testamenti hujusmodi integre refundat
 pro debitis nostris persolvendis. Item domino nostro regi Svecie
 unam amphoram argenteam, cui devote supplicamus, ut famulos
 nostros velit colligere et saltem istis infrascriptis satisfacere in du-

^{a)} Afskr.: duas den. or.

centis marchis argenti, et ut, cum poterit, velit nobis attinentes ¹
 respicere gracie; primo de dictis ducentis marchis argenti assignare dignum ducat domino Petro Laxman x marchas puri argenti,
 Saxoni Pethersß x marchas puri argenti, Johanni Geet x marchas
 argenti, Petro Finsß x marchas argenti, Petro Niclæsß x marchas
 argenti, Sivekino Zelekong x marchas argenti, item Tuvoni Pæling ²
 x marchas argenti, item Andree Kelß x marchas argenti, item Joop
 Jonisß x marchas argenti, Johanni Pæthersß x marchas argenti,
 Johanni Hæring x marchas argenti, Johanni Kaa x marchas argenti,
 Alexandro x marchas argenti, Johanni Jacobsß x marchas argenti,
 Iuaro Ericsß x marchas argenti, Ingemaro Karlsß x marchas ar-³
 genti, Bundoni Jønisß x marchas argenti, item Esgero Esgeß
 x marchas argenti, item Nicolao Wind x marchas argenti et Paulo
 Jacobß x marchas argenti. Item legamus matri nostre dilecte
 quinque bicaria argentea, de quibus constat magistro Petro. Item
 sorori nostre pannum blavium, pannum glaucum et duas pecias ⁴
 sayen ac res, si quas alias sibi commisimus conservandas. Item
 Kanuto fratri nostro jumenta nostra indomita in Glumstorp. Item
 Cristerno et Johanni Ericsß, fratribus nostris, jumenta nostra in-
 domita in Særslleff et Suarhestathe. Item Johanni Ericsß predicto
 quatuor cornua nostra, que habet dominus Trugillus canonicus ⁵
 noster Lundensis, et res, si quas eidem Johanni assignavimus et
 quas habuerit nomine nostro in quibuscumque. Item eidem Jo-
 hanni Ericsß polidrum griseum, quem emimus de Hinrico Orse-
 foile. Item domino Holmgero preposito Lundensi unum cornu ope-
 ratum cum argento. Item domino Petro Johannis decano Lundensi ⁶
 palefredum rubeum, in quo equitavimus. Item domino Petro cel-
 lerario nostro Lundensi equum rubeum, quem habemus in Suarthe-
 stathe, et sermones Gwidonis de litera minori, quos habet frater
 Nicolaus Kolp. Item domino Trugillo canonico sermones Gwidonis
 de majori litera, quos habet magister Petrus. Item domino Jo-⁷
 hanni Hwiting librum unum breviarium. Item magistro Petro Tor-
 killi librum confessorum, quem habet personaliter. Item domino
 Jacobo Esberni xx marchas Scaniensium. Item domino Petro de
 Ystath unum librum Manipulum florum. Item domino Swenoni
 Pethersß equum ad valorem x marcharum Scaniensium et mar-⁸
 cham argenti. Item domino Nicolao Westerstathe equum valentem
 x marchas denar. Scaniensium et marcham argenti. Item domino

1 Hennekino equum ejusdem valoris et marcham argenti. Item domino Matheo Petri^e equum valentem x marchas denar. Scanien-sium et marcham argenti. Item Rolando librum narrationum et bona nostra, que emimus in Tummaethorp in Feonia. Cetera alia bona nostra in Feonia cedant heredibus nostris. Item nobili domine domine Elzef, reliete domini marskalci Ludowici, unum vas lapideum cum coopertorio argenteo et pede argenteo, quod sibi dominus cellararius et magister Petrus assignabunt. Item Johanni Geet^f predicto cingulum argenteum, quod habet dominus Trugillus canonicus. Item uxori ejusdem unum pannum de Gandavo et ciphum argenteum. Item uxori Strangonis Jønes^b annulum aureum, quem habet dominus Sweno sacerdos. Item Thordoni Jønes^b ciphum argenteum. Item reliete Twonis Or^b xvi ulnas langelaken. Item filiabus sororis nostre et filiabus domini Ketilli Pethers^b, cuilibet earum peciam de Gandavo. Item Elezef sorori Petri Fin^b xvi ulnas 4 panni dicti langelagen. Item uxori Gynteri Thomes^b annulum aureum. Item fratri Nicolao Kolp duas marchas argenti. Item Cristine moniali in Byrthinge cognate nostre duas marchas argenti. Item Katerine moniali in Bosø cognate nostre duas marchas argenti. Item Mæyæ Wernekes mantellum nostrum cum suffoderatura alba. 5 Item Johanni Wnker^b puero equum nigrum dictum Holsten. Item Petro Pouls^b polidrum. Item Karolo Perst polidrum. Item tribus monialibus Lundis, videlicet Une, Elene et Cecilie, unum pannum de Gandavo. Item magistro Johanni Coco sex marchas puri. Item uxori ipsius unum kylt viridis coloris. Item cuilibet famulo de stabulo nostro jumentum de Borgheby. Item Swenoni Oleff^b equum rubeum, quem habuimus de Petro Nitæ. Item magistro Petro Gervasii nuncio domini nostri pape palefredum nostrum majorem rubeum. Item Saxonii Petær^bs unum cornu. Item domino Haquino presbitero polidrum rubeum, quem habet Trugotus. Item domino 6 Olavo parvus[!] polidrum de Flikinge. Item Karolo dyacono, clericu domini cellararii, equum griseum, quem habuimus de Blekungia. Item Johanni Dan^b et Nicolao Oleff^b de camera nostra, cuilibet eorum polidrum de Borgheby. Item Jone Gudmun^b quatuor marchas puri argenti cum tapeto et linteaminibus nostris. Item sagittariis, cuilibet eorum marcham argenti. Item Pirt et Snukerhænke,

e) *Afskr.*: Petro. f) *Afskr.*: Seet. g) *Afskr.*: Petær.

cuilibet eorum marcham argenti. Item Johanni Brodhersß, Jo-¹
 hanni Takæß et Akoni quondam in Borgeby, cuilibet eorum di-
 midiam marcham annone. Item Petro Wnkerß, Tuuoni Bene-
 dicti^h et Nicolao Hennikeß sagittariis, cuilibet eorum marcham
 argenti. Item Skhorn[!] duas marchas denar. Scaniensium. Item
 Kanuto Stubbe duas marchas denar. Scaniensium. Item domino²
 Magno de Strypelsthorp tunicam nostram cum capa. Item Lude-
 kino de Monte famulo nostro polidrum dictum gangfole, quem
 habet dominus Trugillus in Køpinge. Item Ketillo Jønesß parvo
 scolari curiam, quam emimus de Johanne Daughß in Luddekøpinge,
 et unum psalterium. Item Marine nepoti nostre bona, que emimus³
 de Suenone Jønesß in Akathorp pro ducentis quadraginta marchis
 denar. Scaniensium. Item libri nostri omnes exceptis illis, quos
 legavimus, ut premittitur, heredibus nostris cedant. Item Nicolao
 Jutæ in Borgheby ij boves. Item Petro Moyeß ij boves. Item
 Johanni Hallensfar ij boves. Item Magno Gardener ij vaccas.⁴
 Birte vaccam. Item Thore Haffresekhs vaccam. Item Ebboni fesker
 bovem. Item Matarask polidrum nigrum, quem habuimus de do-
 mino Michaele. Item magistro Johan barbitonsori griseum soma-
 rium. Item Hennikino barbitonsori equum griseum, quem habuimus
 de domino Ingemaro. Item Efrardo sartori equum nigrum, quem⁵
 habet Matrask. Item Trugoto de stabulo equum nigrum. Item
 Ascero in stabulo quinque marchas denar. Scaniensium. Item pro
 missis dicendis pro anima nostra et ad distribucionem faciendam
 inter pauperes centum marchas denar. Scaniensiumⁱ

34.

1337 Sept. 19. *Thorbernus Laurencii, Kannik i Lund.*

*Orig. paa Perg. [med 4 Segl]. Lunde Kapitels Arkiv, nu i det svenska
 Rigsarkiv. Afskr. i Lundeboegen S. 227; herefter udfyldt ndfr. Dipl. Sve-
 canum IV, 574; Rep. 1792. Jfr. Gavebøgerne S. 256 f.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego Thor-⁶
 bernus Laurencii presbiter, canonicus Lundensis, sanus mente, licet
 eger corpore, sciens nichil morte cercius et nichil incercius hora
 mortis, de bonis michi a Deo collatis testamentum meum condo et

^{h)} *Afskr.*: Benedicto. ⁱ⁾ *I Afskriftten tilføjes*: De illo testamento amplius
 legere non potui.

1 ordino in hunc modum: In primis do et lego omnia bona mea in
 Lindæknæpæl in honorem Dei omnipotentis et beati Jacobi apostoli
 ad altare sub organis, quod constr[uxit] dominus Ascerus bone
 memorie, apud quod meam eligo sepulturam, si placet domino
 meo archiepiscopo et capitulo, ita quod persona illius altaris cele-
 2 brabit in qualibet septimana duas missas, unam de [sancto Ja]cobo
 apostolo et aliam pro anima mea, et cum hoc dabit in die anni-
 versarii mei annuatim unam marcam canonicas, duas oras vicariis
 et pauperibus duas oras, ut vigilie et missa illo die pro anima mea
 [in choro solle]mpniter habeantur. Item domino meo archiepiscopo
 3 ambulatorem meum subrubeum. Fabrice ecclesie beati Lau[rencii]
 marcam argenti. Cuilibet canonicorum Lundis residencium dimi-
 dium soll[.]idum grossorum. Domino Nicholao Kyrning unum vas
 argenteum et unum cornu, quod habui de domino Petro Columba.
 Domino Petro Laxman melius cornu, quod habeo, cum bursa me-
 4 liori. Ecclesie beati Pauli Lundis marcam denariorum, presbitero
 tantum, ministro duas oras. Monasterio omnium sanctorum mar-
 cam denar. Monasterio monialium marcam denar. Fratribus predi-
 catoribus marcam denar., lectori ibidem marcam denar. Fratribus
 minoribus marcam denar. [Fratri P]etro Johannis ibidem marcam
 5 denar. Domui sancti spiritus marcam denar. Hospitali leprosorum
 marcam denar. Cuilibet ecclesie parochialium ecclesiarum Lundis
 preter premissas oram denar., presbitero tantum, ministro dimidiā
 oram. Eccle[sie Hwalange in Hallandia v mar]cas denar., presbitero
 ibidem vestes meas blavias, ministro duas oras. Ecclesie Ænæstathæ
 6 [duas] marcas denar., presbitero ibidem tantum, ministro duas oras.
 Ecclesie [Geesløf marcam denar., presbitero tantum, ministro duas
 oras. Domino] Petro Kanuti sufforaturam et capucium de variis
 pellibus cum bursa et uno lath. Andree Jensß unum balteum
 [arge]ntum. Jacobo Jensß unum [cultellum. Andree Nieliß unum
 7 florenum. Altari presbiterorum marcam] argenti. Nicholao dy-
 cono polidrum ambulantem, quem habui de domino Petro Laxman.
 Domino Nicholao [Petherß unam] equam indomitam cum duobus
 polidris. [Domino Dauid presbitero] de sancto Andrea [unum
 coclear] argenteum et meum kylt. Domino Haluuardo unum coclear
 argenteum et unum cornu. Domino Nicholao Lauuernsß^a unum

^{a)} *Lundebogen: Laurenß.*

coclear argenteum. Domino Hincichino^b unam bursam. Domino¹ Laurencio Pætarß unum coclear argenteum et unum cultellum. Domino Magno vicario meo sorcocium meum et capucium cum serico. Domino Arnaldo de Saxthorp duas oras annone. Domino Brothero de Wathensio unum cornu, quod dedit michi dominus Dauid. Dilecte matri mee viginti marcas denar. Cuilibet sororum² mearum quinque marcas denar. Olauo Tithærß equam, quam habet. Petro Nage bovem, quem habet. Uxori sue juvenem equam, quam habet ^cOlaus Tithærß^e. Bondoni Jacobß balteum meum et unum cornu. Hincichino de Saxthorp unum cornu. Vicariis et duodecim scolaribus prebendalibus in die sepulture mee lagenam³ trannisie, pauperibus quinque marcas denar. eodem die, pulsantibus in turri duas oras denar. Laurencio Magnusß breviarium meum, quem habui de domino Haluuardo. Swenoni Pætarß scolari meo breviarium meum, quem habui post cancellarium Gwidonem, cum ceteris libris meis et cum capa et capucio. Andree famulo meo⁴ quatuor marcas denar. Ræuængæ^d quatuor marcas denar. Jo-hanni Fathurß quatuor marcas denar. Nicholao Knutß equum, quem equitat. Laurencio nepoti meo unum polidrum. Olauo timbærman duo pund ordei. Tuconi Olafß unum pund ordei.⁵ Thuroni famulo meo unum pund ordei. Lotrici unum pund ordei.⁵ Petro Baggæ tunicam, capucium et caligas de borællo, calceos et lineas vestes. Puero in coquina duas oras denar. Exequatores hujus testamenti constituo honorabiles viros dominos Nicholaum Kyrning militem, Petrum Kanuti canonicum Lundensem, dilectum cognatum meum, ac Nicholaum dyaconum, rogans eos humiliter, ut hoc⁶ fideliter exequantur, facientes debita mea, si qua inventa fuerint, bene solvi. Volo tamen, quod heredes mei de bonis meis preter ea, que sunt in Hallandia, se nullatenus intromittant, antequam testamentum meum et debita mea integraliter fuerint persoluta. In cuius rei testimonium sigillum meum et sigilla predictorum⁷ hujus testamenti mei exequitorum presentibus sunt appensa. Datum Lundis anno Domini m⁰ccc⁰xxx⁰ septimo feria sexta proxima ante festum beati Mathei apostoli.

Paa Plica med samtidig Haand: Summa denariorum promptorum testamenti c marce cun iij oris preter florenum, summa annone vij pund cum xij modiis.

^{b)} *Lundebogen:* Hennikino. ^{c)} *Tilfejet over Linjen;* ikke medtaget i *Lundebogen.* ^{d)} *Lundebogen:* Fæuævnge.

35.

1338 Maj 25. Præsten Vilhelm i Ribe.

*Orig. paa Perg. med [4] Segl: 1. Kannik Johannes Bruns (G. 841);
2. Kannik Michaels (G. 840, nu lost); 3. Præsten Haquinus' (G. 902);
[4. Vilhelms (G. 903)]; Paaskrift fra 16. Aarh.: Paa then gamell scholhussz
i Pugardsgade. Ribe Kapitels Arkiv, nu i Rigsarkivet. Hasse, Regesten u.
Urk. III, 567; Rep. 1808.*

1 In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego Wilhelmus sacerdos, provisor pauperum scolarium in Puukhws, licet corpore infirmus, mente tamen Deo concedente sanus, testamentum meum condo et ordino in hunc modum: Primo lego et do in remedium anime mee curiam meam totam, quam habui de Jacobo
 2 Haarth, cum domo lapidea ibidem tali modo, quod domini cantor et scolasticus Ripenses, qui pro tempore fuerint, dicte curie ordinacionem habeant et aniversarium meum cum sex solidis sterlingorum per canonicos Ripenses de censu ejusdem anuatim celebrari faciant, reliquum vero census in usum pauperum scolarium Ripis juxta
 3 discretionem eorum convertatur. Sed si forte dicta curia ab exequitoribus meis seu heredibus evincatur, fundum, quem post mortem domini Jone juxta Puukflo ad meridiem habui, et fundum, quem in Farthorp emi, pro aniversario meo per canonicos tenendo cum sex solidis sterlingorum deputo; si quid vero de pensione residuum
 4 fuerit, pauperibus scolaribus erogetur. Sed si dicta curia evicta non fuerit, dictos fundos domui Puukhws confero, ita quod provisor ibidem aniversarium meum per scolares de domo cum una lagena cervisia bone faciat celebrari. Item lego domino meo episcopo Ripensi quatuor coclearia argentea. Item fabrice ecclesie beate virginis,
 5 ubi eligo sepulturam, texstum decretalium. Item ecclesie beati Johannis duos solidos sterlingorum, sacerdoti ibidem, qui pro tempore fuerit, sermones de beato Johanne et dedicacione ecclesie specialiter compilatos, et dyacono ibidem dimidium solidum sterlingorum. Item cuilibet ecclesie alie parochiali Ripis solidum sterlingorum, sacerdoti dimidium solidum et dyacono Thuronencem.
 6 Item fratribus predictoribus, minoribus, monialibus, leprosis, domui sancti spiritus, cuilibet illorum solidum sterlingorum. Item domui Puukhws omnes ollas meas cuprias. Item domino archidiacono cornu melius et mensam plicabilem. Item cantori pelvem cum

ydria^a meliori, domino Johanni Bruun canonico psalterium glosatum 1 cum sermonibus, quos habui de heredibus Henrici Bruun, domino Michaeli scolastico gresismum meliorem cum sermonibus, quos habui de magistro Jacobo, domino Haquino superpellicium cum almucio^b et pelvi cum ydria, domino Jacobo preposito scolarium compotum cum anexis, Ovidium de remedio cum Theodolo glosato, domino 2 Ketillo breviarium meum cum sermonibus, quos habui post archidiaconum, cum notabilibus sermonum, que incipiunt: Estote fortes. Item sorori mee dilecte duas vaccas, quas habet Leeth, unam, quam habeo in Thueth, sorcocium meum et capucium, subducta variis, capam meliorem cum culcetra cervicali et toregmate melioribus et 3 sistam, quam de tribus elegerit meliorem. Item Laurencio scolari lectum, supra quem dormit, et Cenece^c autoritates. Preterea pro solu- cione contentorum in testamento meo et aliorum debitorum meorum specialiter deputo decretales meas, sermones, quos habui de here- dibus Henrici Bruun, quos et ipse de fratribus habuit, tabernas 4 cum fundo in vico sancti Johannis, tres equas, tria vasa argentea cum cocleario bono et cericia cultra. Istis eciam teneor in debitibus obligatus: primo^d fabricae ecclesie beate virginis in duabus marchis argenti, ^edomino Johanni Kryl in viginti solidis sterlingorum cum xxij sterlingis, domino Ketillo in duabus marchis argenti^e ac domino 5 Jacobo preposito scolarum in octo solidis sterlingorum. Item pro aniversario Topæ Meyr et uxoris sue libram sterlingorum. Item ecclesie beati Michaelis xvij solidos sterlingorum ex parte uxoris Henrici Dylmær pro emendis ibidem ornamentis. Lego eciam do- mino Jacobo gresismum minorem cum liberis supradictis. Exe- 6 quatores hujus testamenti constituo viros discretos dominos Johannem Bruun et Michaelem scolasticum, canonicos Ripenses, ac dominum Haquinum sacerdotem, supplicans, ut hec benigniter prosequantur, prout saluti anime mee noverint expedire. In quorum omnium testimonium sigilla dictorum exequitorum meorum una cum sigillo 7 meo presentibus sunt appensa. Actum anno Domini m^occc^oxxx^o
octavo in die beati Vrbani pape.

^{a)} Hasse: ydera; længer nede staar utvetydigt: ydria. ^{b)} Hasse: alum- nicio. ^{c)} Hasse: senece. ^{d)} Orig.: po; Hasse: pro. ^{e)} Oversprunget af Hasse.

36.

1338 Juni 1. Magister Esger, Kantor i Ribe og Kannik i Aarhus.

*Orig. paa Perg. [med 4 Segl]. Ribe Kapitels Arkiv, nu i Rigsarkivet.
O. Nielsen, Harsyssels Dipl. 4; Rep. 1809.*

1 In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego ma-
gister Esgerus, cantor Ripensis et canonicus Arusiensis, testamentum
meum condo in hunc modum: Primo lego domino meo Ripensi
duos boves et equum meliores. Item ad fabricam ecclesie beate
virginis vi solidos sterlingorum, ubi eligo sepeliri. Item volo, ut
2 tres marche denariorum terre usuales solvantur ad aniversarium
meum de bonis, que scotavi in placito justiciario pro quodam altari
pro missa cotidiana in ecclesia beate virginis, et addo decretales
meas cum sexto ad augmentandum redditus ejusdem misse. Item
domino Arusiensi marcham argenti vel duo meliora pecora, que
3 posui in estimacione, sicut constat Michaeli villico. Item ad fabri-
cam ecclesie Arusiensis ij oras annone et marcham argenti, in qua
tenetur michi dominus Petrus Prior, canonicus ibidem. Item ad
aniversarium meum ibidem deputo^a bona prius scotata cum reddi-
tibus v annorum, de quibus nichil levavi. Item ad mensam cano-
4 nicorum ibidem ij lagenas trafnisie et vicariis i lagenam trafnisie.
Item magistro Petro archidiacono Ripensi majorem amphoram de
stanno cum meliori olla nova de cupro et cornu. Item domino
Gøtoni canonico aliam ollam meliorem cum meliori mensali et
manutergio consuto. Item domino Petro Niclaes^s canonico i am-
5 phoram et i ollam cupriam. Item domino Michaeli sellam meam
cum instrumentis, amphoram de stanno et ollam de cupro. Item
aliis canonicis in exequiis meis manentibus vi Turonenses vel ij
solidos annone. Item fratribus minoribus Ripis breviarium meum,
lagenam trafnisie et solidum siliginis in panibus cum pistore. Item
6 majoribus i lagenam cervisia et solidum siliginis in panibus. Item
domui sancti spiritus oram siliginis in festo beati Michaelis. Item
domui leprosorum tantum, inter eos dividendum. Item scolaribus
in Puukhus lagenam cervisia cum ij oris annone. Item singulis
aliis ecclesiis Ripis solidum sterlingorum vel solidum annone.
7 Item ecclesie Hæmeth i vaccam, estimandam pro sterlingis, perpe-

^{a)} *Rettet fra:* resigno.

tuo duraturam; persone ibidem oram annone. Item ecclesie Weling 1 tantum et persone tantum. Item ecclesie Stabby et persone tantum. Item ad fabricam ecclesie Stathæl terras, quas Johannes Fliri habet, valentes ij solidos ordei annuatim cum c piscibus duris. Item sacerdoti ibidem residenti, persone vel vicario fundum, quem Tuko Tært edificavit prope fundum puerorum N. Marsß, cum 2 medietate colonatus in Kalby, ut faciat aniversarium meum, patris et matris, fratrum et sororum meorum uno die in quadragesima insimul pro omnibus, et habeat secum duos sacerdotes in missis et vigiliis, in expensis suis dando cuilibet iij sterlingos. Item pauperibus ibidem aliam medietatem. Item ecclesie Skasteth oram annone 3 et ministro solidum annone. Item ecclesie Smythsthorp ij oras annone, et sacerdoti ibidem remitto x solidos sterlingorum, in quibus michi tenetur. Item ecclesie Hallum Arusiensis dyocesis oram annone et vicario ibidem tantum. Item vi marcas cere ad altaria beate virginis et sancte crucis pro candelis. Item Aughoni Kraak, 4 si in pace redierit, duo pecora bona. Item Johanni fratri meo sellam meam minorem. Item uxori sue Ingæ capam meam meliorem. Item domino Johanni archidiacono Arusiensi superpellicum melius cum almucio meliori. Item Johanni Niclæsß fratreli meo oram annone in festo beati Michaelis. Item domine Mæræt sup- 5 priorisse oram annone. Item domine Mald ibidem capam meam choralem meliorem. Item domino Johanni Røth, plebano ecclesie beate virginis, ij solidos sterlingorum. Item domino Aughoni superpellicum antiquum et oram annone. Item ad tenendum ligna ad spangæ in Skyern omnia bona mea in Alrum cum bonis, que habui 6 de Arnst et sorore sua ibidem. Item Laurencio famulo meo equm et ij oras annone. Item uxori sue Ingærth tapetum novum et vaccam. Item Petro Ræf ij oras annone. Item Thorkyl oram annone. Item Plather ij solidos annone vel ij solidos sterlingorum. Item Griis tantum. Item uxori Esgeri Peterß, Cecilie, sorocium 7 meum cum pellibus varibus. Item quitto Esgerum Pauli pro solido grossorum, in quo michi tenetur, ut solvat lagenam butiri, in qua michi tenetur. Executores hujus testamenti instituo discretos viros magistrum Petrum archidiaconum Ripensem, dominos Gøtonem, Michaelem scolasticum, canonicos ibidem; heredes autem meos in- 8 stituo Johannem fratrem meum, Elsyfh et Margaretam, sorores meas, rogans eos executores et heredes humiliter, quantum possum,

1 ut causa Dei omnipotentis et sancte Marie ac omnium sanctorum ista omnia supradicta velint efficaciter expedire. In cuius rei testimonium sigillum meum una cum sigillis predictorum dominorum archidiyaconi, Gøtonis et Michaelis scolastici presentibus est appensum. Datum anno Domini m^occc^oxxx octavo secunda feria pentecostes.

37.

1338[?] Sept. 3. Tucho [Hemmingsøn] Diacn, Kannik i Lund.

Tabt Orig. i Lunde Kapitels Arkiv. Afskrift i Lundebogen S. 225 med Overskrift: Testamentum domini Tychonis Diegn canonici, cuius anniversarium tenebitur de una curia in Køpinge. Dipl. Svecanum I, 292; Rep. 1820. Jfr. Gavebøgerne S. 223 f.

2 In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego Thuco dictus Diacn canonicus Lundensis, licet corpore debilis, mente tamen sanus, considerans, quod ea, que in tempore fiunt, cum tempore labuntur, ideo anime mee previdere intendo et de bonis michi a Deo collatis testamentum meum ordino et condo in hunc modum:
 3 Primo lego ecclesie beati Laurencii, ubi meam eligo sepulturam, unam marcam argenti. Item ecclesie beati Clementis Ar[usiensis] iij solidos grossorum. Item ecclesie Køpingh solidum grossorum, sacerdoti dimidium solidum, ministro ibidem ij oras denariorum Scaniensium. Item fratribus predictoribus Lundis solidum grossorum ad pictanciam, minoribus ibidem solidum grossorum pro edificiis ecclesie. Item ecclesie beati Clementis ibidem tantum, ecclesie beati Jacobi tantum, ecclesie beati Pauli tantum, sacerdoti solidum grossorum, ministro ibidem ij oras denar. Scaniensium. Item pro anniversario meo annuatim in choro Lundensi tenendo
 5 curiam meam, quam emi in Køpingh in Ingelstetheret, cum omnibus attinenciis suis dilectis confratribus meis canonicis Lundensibus scoto et ad manus assigno, ita quod redditus ex ea provenientes, videlicet tres marce denar., taliter dividentur, videlicet ij ore denar. canonicis pro offerendo, item canonicis residentibus et non
 6 residentibus, qui vigiliis et misse interfuerint, xiiij ore denar., vicariis, qui eciā vigiliis et misse interfuerint, iij ore denar., item pauperibus scolaribus chorū frequentantibus dimidia marca et pulsantibus in turri ora denar. Item domino meo episcopo duo cornua meliora, que habeo. Item domino preposito unum

klo cum argento. Item domino archidiacono ibidem unum cornu.¹ Item canonicis unam marcam argenti ad pictanciam. Item domino Petro [de] Nym unum librum cum viridi coopertorio, quem habet, cum xvi ulnis linee tele. Item domino Hinrico dicto Bokholti unum librum, quem habet. Item fratri Johanni confessori meo iij solidos grossorum cum uno libro, quem habet. Item domino Hinze vicario² meo meum kore kappe, superpellicium cum alamuzio[?]. Item domino Andree dicto Fortuna xx agnos cum sella mea et freno. Item Lucie sorori mee unum gartkors, tunicam cum capucio bruneti coloris cum suffuratura variarum pellium. Item nepti mee sororis capam meam cum capucio blavii coloris et serico ruffo.³ Item uxori Dagh capam, tunicam cum capucio mixti coloris cum serico viridi. Item Dagh famulo meo x agnos. Item Paulo scolari meo libellum unum. Item Krulle vi marcas denar. vel unum equum. Item Olavo lectisternia mea. Item uxori Perdix meliorem sistam, quam habeo, cum xij ulnis linee tele. Item Perdici capam⁴ meam bruneti coloris. Exequatores hujus testamenti constituo venerabiles viros dominum Petrum de Nym et Henricum Bokholt, canonicos Lundenses, rogans eos, ut ad hoc testamentum et meam ultimam voluntatem ita fideliter exequantur, prout noverint anime mee expedire. Ad solvendum dictum testamentum et curiam, quam⁵ emi in Køpingh, deputo omnes estimaciones meas et omnes libros meos. In cuius rei testimonium sigillum meum una cum sigillis discretorum virorum, videlicet domini Petri de Nym et domini H. dicti Bokholt, presentibus est appensum anno Domini mccc[er]xxxviii.^a quinta feria post Egidi abbatis.

38.

[1339 Febr. 16.] *Margareta, Jakob Bassæs Hustru.*

Orig. paa Perg. [med 3 Segl]. Snede Kirkes Arkiv, nu i Rigsarkivet. Rep. 1334. — Testamentets Udstedelsesdag angives 1341 (Rep. 1921) som: 1339 3. Dagen [ɔ: feria 3.] efter Invocavit.

In nomine Domini, amen. Ego Margareta, uxor Jacobi Bassæ, licet debilis corpore, tamen sana mente, volo, dum valeo, de bonis michi a Deo temporaliter concessis saluti anime mee providere. In

^{a)} Aarstallet 1238 kan ikke være rigtigt; Henrik Bokholt, der her nævnes som Kannik, var Dekan i 1350. Jfr. Gavebøgerne S. 224 Anm.

1 primis lego ecclesie beati Andree in Snøwith, uby eligo sepulturam,
 omnia bona mea in Lilæsnøwith ad mensam sacerdotis ejusdem
 tali condicione, quod idem sacerdos iij missas, videlicet primam de
 sancto spiritu, secundam de sancta cruce, tertiam de beata virgine,
 quartam pro animabus in remedium anime mee, mariti mei et
 2 parentum meorum qualibet septimana et omni anno celebrare tene-
 atur. Item ad lumina beate virginis ibi bona, in quibus residet G.
 Smith. Item ecclesie Stugnes^a ad lumina beate virginis ^bet ad
 mensam sacerdotis i[bi]^b bona, in quibus residet P. Friis. Item
 ecclesie eidem ad mensam sacerdotis xij oras terrarum in Westre-
 mark, bovem in estimacione cum i ora annone tali condicione,
 quod omni septimana i missam pro anima mea celebrare teneatur.
 Item ad edificacionem ejusdem unam rubeam equam cum aliis
 duobus. Item diachono ibi unum pecus trium annorum et Johanni
 diachono tantum. Item ecclesiis Simundebølæ, Foslæth et Fugl-
 bølæ^c, cuilibet earum vaccam in estimacione. Item singulis aliis
 ecclesiis hujus terre, cuilibet earum unum pund annone. Item
 cuilibet sacerdoti i solidum. Item cuilibet dyachono dimidium
 solidum. Item ad lumina sancti Sørin^d in Stunenes i pecus. Item
 fratribus in Swineburg et Nystæth unum paar vestimentorum
 5 scarlaken cum variis pellibus. Item hospitaly in Swineburg ij oras
 annone. Item fratribus ordinis predictorum in Otthonia i pund
 annone. Item ecclesie Hunzeby ad mensam sacerdotis bona empta
 de P. Kætilß. Item marito predilecto omnia bona, que habeo in
 Bokælund, quem etiam rogo pro caritate, quam inter nos habuimus,
 6 ut familiam in bonis per me legatis residentem prevideat et pro
 posse defendat tempore, quo presens est, et post eum in dictis
 bonis familiam instituendi et destituendi nullus nisi sacerdos, qui
 levabit veros redditus, cum tutoribus ecclesiarum aliquam habeat
 facultatem. Item N. Buzæ ij jumenta. Item P. Rus tantum.
 7 Item domine Cristine mantellam cum variis pellibus, item i strikæt
 glycing cum uno par ærmespennelsæ. Item Margarete puelle man-
 tellam cum ^evariis, i par vestimentorum yryst et lectum cum omni-
 bus pertinenciis. Item domine Margarete Tykis rubeam ærmekapæ.
 Item uxori Petri Rus i strykæt. Item Thorsten i fibulam cum

^{a)} Orig.: Stugnes. ^{b)} Skrevet over Rasur. ^{c)} Orig.: Fuglbølæ. ^{d)} Der er
 rettet ved Ordet, saa at det oprindelige er usikkert. ^{e)} Foran et Ord ud-
 raderet.

lapidibus. Item Johanni Bassæ tantum. I[tem] germanis Erico,¹ Cristiærno et Nicolao, cuiilibet eorum pollidrum. Item uxori N. Buzæ i strykæt. Item Man i pollidrum. Item Grymel i vaccam cum talento annone. Item cuiilibet famulo meo i pecus. Item Nytholm i jumentum cum i pund annone. Item Krac tantum. Item Gunnild i vaccam cum viridi capa. Item Margarete Andree i capam.² Item Olauo Bondæ vaccam cum talento annone. Item Jo. Jutæ solidum ordei cum pecude^[?]. II[tem] Tuchoni Stœc^[?] ij pecora juvenilia. Item pauperibus ij pund annone. Proibeo districte sub effusione sanguinis Jhesu Christi, quod cognatorum vel aliorum aliquis quicunque de premissis impedire presumat. Ad exequatores³ hujus testamenti eligo viros discretos videlicet Jacobum Bassæ, dominum N. sacerdotem et Nicholaum Buzæ et rogo eosdem, quod ita expediant, prout coram summo Deo voluerint respondere.

39.

1341 Marts 7. Sweno Olefsøn.

*Talt Orig. i Lunde Kapitels Arkiv. Afskrift i Lundebogen S. 110 med
Overskrift: Testamentum Swenonis Olaui super anniversario suo de una curia
in Holmby. Dipl. Svecanum V, 20; Rep. 1913. Jfr. Gavebøgerne S. 49.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego Sweno⁴ Oleffs, licet aliquali corporis debilitate depressus, gaudens tamen animi et conscientie sanitatem, bona michi a Deo concessa volo distribui in hunc modum: In primis ergo lego et confero canonicis ecclesie Lundensis decem marchas puri argenti, pro quibus teneo unam curiam in Holmby sitam, in qua residet Benedictus Saxs, michi⁵ per dominum Johannem Ericks pro ipsa summa argenti inpingneratam, que in redditibus dimidiam marcham annone valet annuatim, condicione tali, quod dicti canonici anniversarium meum omni anno in choro Lundensi celebrabunt ipsamque curiam in sua possessione tenebunt, donec ab eis per dictum dominum Johannem vel suos⁶ heredes legaliter redimatur. Annona vero de dicta curia proveniens dividatur in hunc modum, videlicet quod canonici, qui vigiliis et misse interfuerint, octo solidos annone, vicarii duos solidos, pulsantes in turri et pauperes duos solidos sublevabunt. Cum vero prefata curia ab eis redempta fuerit, extunc predicti canonici cum consilio⁷ domini archiepiscopi, qui nunc est vel qui pro tempore fuerit, alia

1 bona pro dicta summa argenti emere debeant pro dicto anniversario
meo annuatim celebrando. Item fratribus predictoribus Aosie, ubi
meam eligo sepulturam, x marchas denariorum. Item ecclesie
parrochiali ibidem marcham denar., presbitero tantum et ministro
dimidiā marcham denar. Hospitali leprosorum ibidem marcham
2 denar., presbitero tantum et ministro dimidiā marcham denar. Item
domino meo karissimo domino Petro archiepiscopo Lundensi xx
marchas puri, in quibus michi tenebatur. Item ad fabricam ecclesie
beati Laurencii Lundis duos solidos grossorum. Item fratribus
3 predictoribus ibidem duos solidos grossorum. Item fratribus mi-
noribus ibidem quinque solidos grossorum ad eorum fabricam et
duos solidos grossorum ad eorum mensam. Item monasterio
omnium sanctorum ibidem duos solidos grossorum. Item ad men-
sam monialium beati Petri ibidem duos solidos grossorum. Item
domui sancti spiritus ibidem ij solidos grossorum. Item hospitali
4 leprosorum ibidem tres solidos grossorum. Item cuilibet ecclesie
parrochiali ibidem ij solidos sterlingorum, presbitero tantum et
ministro solidum sterlingorum. Item domino Kanuto archidiacono
Lundensi x marchas denar. de xxvij marchis, in quibus michi
tenebatur. Item domino Andree Niclaesß unam novam balistam.
5 Item domino Johanni Erichß x solidos cum dimidio annone, in
qua michi tenebatur. Item fratri Nicolao Tuonis unum solidum
grossorum. Item Henrico hospiti meo in Aos unum solidum gros-
sorum. Item Ingerdi Laurencii ibidem unum solidum grossorum.
Item domino Tukoni Malmøye unam marcham denar. Item Petro
6 Fynß unam marcham argenti, in qua michi tenebatur. Item Joh-
anni Petherß marcham argenti. Item Lagoni Niclaesß xij oras
denar., in quibus michi tenebatur. Item Nactergale solidum gros-
sorum, in quo michi tenebatur. Item junkker Benniche solidum
grossorum. Item Paulo Hæliesß tantum. Item Pirt tantum, Jo-
7 hanni Danß tantum, Alberto tantum et Hennichino barbitonsori
tantum. Item Joon Gudmundsß solidum grossorum. Item Joh-
anni Friis v solidos grossorum. Item Kanuto Thomaß v solidos
grossorum. Item Nicholao Bendichsß promo in Aos dimidium
solidum grossorum. Item Jacobo Køpwik, Laloni doreswen, Esgero
8 et Torberno Sæk, cuilibet unum solidum sterlingorum. Item do-
mino Petro de Ystath unum polidrum, quem habet prior Dalbyen-
sis, et marcham argenti. Item domino Magno Boß unum polidrum,

quem habet Johannes Niclaes de Ygheløse. Item domino Swenoni 1 Pethersß quinque solidos grossorum. Item pauperibus xv marchas denar. Item Olauo filio meo xx solidos grossorum et dimidiam lastam annone. Item Christine filie mee tantum. Item fratri meo Petro Oleffß ambulatorem meum griseum cum freno et cella, meum panzeer et meum kraghe. Item Jacobo Oleffß fratri meo 2 unum nigrum equum meum, skøssel, flækker et armlæther. Item Hwith famulo meo unum griseum equum. Item Ascero famulo meo unum griseum equum. Item Martino famulo meo unum ambulatorem blakketh^a. Item Arnoldo unum rubeum polidrum, quem habet Stenckel. Item Singe cursori meo unum griseum equum,³ quem habet idem Stenkell. Item Olauo Petherß unum polidrum, quem habet Benedictus Saxß in Holomby. Item Nisse unum polidrum, quem habet Hinzse de Saxtorp. Item Stænckel unum bovem. Exequatores autem hujus testamenti constituo viros discretos dominos Petrum de Ystath, cognatum meum, Magnum Boß plebanum⁴ ecclesie sancti Michaelis Lundis et Swenonem Petri, presbiteros, supplicans et petens humiliiter, ut premissa mea omnia una cum consilio et auxilio reverendi domini mei domini Petri archiepiscopi supradicti ita fideliter exequantur, prout anime mee saluti viderint expedire. In istorum autem evidenciam secretum domini mei⁵ archiepiscopi predicti una cum sigillis predictorum exsequtorum meorum huic testamento est appensum. Datum Aosye anno Domini mcccxl primo quarta feria proxima ante diem beati Gregorii pape.

40.

1341 Sept. 13. *Ingerd Pætersdotter, Ølrik Skafsts Hustru.*

Tabt Orig. i Esrom Klosters Arkiv. Afskrift i Esrombogen Bl. 172 med Overskrift: Super curiam in Uppesundby. O. Nielsen, Codex Esrom. S. 221.

In nomine sancte et individue trinitatis. Cum temporis cursui⁶ subjecta brevi peryodo mensurantur, et labuntur omnia, que labenti seculo sunt innixa, ideoque stabiliri non valeant eterna, nisi cum mentis intentio fini firmissimo soli Deo in usu eorundem pie et salubriter est infixa, horum ego Ingerdis Pætersdotter, conthoralis

^{a)} *Afskr.: bkakketh.*

1 dilectissimi mei Ølrici Skafft, verborum consideracione deifice animata, volens, dum valeo, de bonis michi a Deo indultis saluti anime mee salubriter previdere, testamentum meum et hanc ultimam meam voluntatem ac legacionem condo, ordino et fatio in hunc modum: In primis igitur lego monasterio Esrom, ubi corpusculum
 2 meum terre peto instantius commendari, curiam unam in Uppe-
 sundby et ornamenta unius sacerdotis pro missis celebrandis cum uno calice argenteo. Item monasterio Eplot dimidiam marcam puri. Item monasterio in Slangethorp unum par vestium de serico et unum solidum grossorum. Item cuilibet monasterio Roskildis
 3 unum solidum grossorum. Item monasteriis fratrum predicatorum et minorum Nestwedis duos solidos grossorum. Item ecclesie beate virginis Haffnis unum solidum grossorum. Item ecclesie Syøburgh unum solidum grossorum. Item fratri Nicholao confessori meo dimidiam marcam puri. Item domino Esberno solidum grossorum.
 4 Item domino Suenoni sex grossos. Item tribus dyaconibus ecclesie Syoburgh sex grossos. Item ecclesie Gunnersleff solidum grossorum. Item ecclesie Byerby solidum grossorum. Item cuilibet hospitali Syelandie solidum sterlingorum. Item matri mee pannum pro uno pare vestium. Item sorori mee dilekte in monasterio sancte Clare
 5 tantum panni, quantum sibi sufficit pro una tunica et uno mantello. Item convivio sancte Gertrudis solidum grossorum. Item Ingerth Paulsdotter unum par vestium. Item Telseke unum par vestium. Item ancille mee in Gunnerslef sex grossos. Item Katherine unam tunicam blaveam. Item Nicholao Petri solidum gros-
 6 sorum. Item Scar solidum grossorum. Item Olauo sex grossos. Item coquo in Gunnersleff dimidium solidum grossorum. Exequatores autem hujusmodi mei testamenti constituo michi in Deo dilectos Ølricum maritum^a meum dilectum, de quo fidutiam gero omnis boni, et Frendonem Karlß, rogans eos instanter, ut hoc meum
 7 testamentum sic procurent^b, ordinent et exequantur, ne anime mee dispendium inde generetur, et prout ipsi coram summo judice voluerint respondere. Ceterum ordino et volo, ut curia prius dicta pro usibus mense conventus deputetur. Actum Syoburgis anno Domini m.ccc.xl. primo profesto exaltacionis sancte crucis sub sigillo exequitorum predictorum.

^{a)} *Afskr.*: meritum. ^{b)} *Afskr.*: procurant.

41.

1842 Maj 17. Magister Henrik, Probst i Roskilde.

Orig. paa Perg. med [3] Segl: 1. Magister Henricks (G. 216); [2. Jakob Pauli (G. 214)]; 3. Johannes de Capella (G. 220); Paaskrift: Nichil facit, quia nulla mencio fit in testamento de bonis immobilibus. Roskilde Kapitels Arkiv(?), nu Arnemagn. Dipl. XXI, 2. Dipl. Svecanum. V, 106; Rep. 1953.

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Cum nichil ¹ certius est morte et nichil incertius hora mortis, idcirco ego magister Henricus prepositus Roskildensis, Lundis in lecto eruditinibus constitutus, licet debilis corpore, sanus tamen mente, de bonis meis michi a Deo collatis volens anime mee previdere, testamentum meum prius per me factum et Roskildis repositum cum omnibus ² et singulis suis condicionibus, articulis et clausulis confirmo, ratifico et approbo in hiis scriptis, et hec, que infrascripta sunt, in anime mee remedium superaddo, si contigerit me hic diem claudere extreum. In primis lego domino meo reverendo domino Petro archiepiscopo Lundensi unum hethet stykæ et unum annulum aureum ³ preciosius, quod habeo. [Item dilecto cognato meo Magno Johannis altare meum, quod dotavi et fundavi juxta continenciam literarum mearum super hoc confectarum^a.] Item ad fabricam beati Laurentii Lundis unam marcham denariorum Skaniensium et vicariis chori ibidem unam lagenam tranfnisie. Item fratribus predicatoribus ibidem lagenam tranfnisie et fratribus minoribus ibidem tantum. Item ecclesie beati Martini ibidem unam marcham denar. Skaniensium, sacerdoti ibidem dimidiā marcham et dyacono duas oras. Item domui leprosorum ibidem unam marcham denar. Skaniensium. Item monialibus beati Petri ibidem unam lagenam ⁵ tranfnisie. Item fratri Ingiello, cum domino meo episcopo Roskildensi existenti, dimidiā marcham argenti; domino Johanni Niclesß, qui michi prius servivit, capam meam choralem, et domino Alberto, clero domini cantoris Roskildensis, superpellicium meum de tela et novum meum amusæ. Item dilecto famulo meo Laurencio, qui ⁶ michi diu bene servierat, pro rebus et equo, quas in servicio meo amiserat, committo in recompensam bona inpignerata de Johanne Niclesß Testorp in Hielmsyo litlæ et bona michi inpignerata de abbatte Nestwediensi in Haubyrrhæ, que habere debeat in sua ordi-

^{a)} Overstreget i Orig.

1 nacione, donec redempta fuerint ab ipso pro summa in literis aperi-
 tis eorum contenta, quas quidem literas heredes mei utique sibi
 dabunt. Item famulo meo Petro Niclesß, qui eciam in servicio
 meo ammisit res suas, solvo quinque marchas puri argenti. Item
 Matheo Riislef puero meo tres marchas argenti. Item Karolo fa-
 2 mulo meo polidrum brogeth. Item cursori meo Muus i polidrum
 rubeum. Item Rask promo meo Roskildis ij oras annone. Item
 Johanni Ubbeß civi Lundensi, hospiti meo, griseum meum equum,
 quem habet Gørikæ meus gener. Item dilecte uxori sue domine
 Elene decem ulnas brunei panni et xvij paria ærmæspennæ de
 3 brunea tunica; domicelle Ingeburgi ibidem blaveum meum warthe-
 kors cum suffuratura de variis pellibus; domicelle Agneti marcham
 denar. Skaniensium; Benedicte ancille ibidem dimidiæ marcham
 denar. Skaniensium; Æstreth ibidem tantum. Item Helie clericu-
 ejusdem Johannis Ubbæß dimidiæ marcham denar. Skaniensium;
 4 Gerikæ ibidem tantum; Petro dicto Dyakn tantum et coquo ibidem
 tantum. Exequatores autem hujus testamenti et mee ultime voluntatis
 constituo et ordino illos, qui in alio testamento sunt constituti,
 una cum venerabili viro domino Johanne de Capellæ cantore Ros-
 kildensi, rogans attente, ut omnia et singula tam in priori testa-
 5 mento quam presenti contenta fideliter exequantur, prout coram
 summo judice valuerint respondere. In cuius rei evidenciam sigil-
 lum meum una cum sigillis venerabilium virorum dominorum Ja-
 cobi Pauli decani et Johannis de Capellæ cantoris ecclesie Roskil-
 densis presentibus duxi apponendum. Actum et datum Lundis in
 6 domo Johannis Ubbæß predicti anno Domini m^{ccc}xl^o secundo
 sexta feria proxima ante pentechosten.

Item hec sunt debita mea: Primo teneor fabrice ecclesie beati
 Lucii Roskildis in decem marchis argenti, quas recepi de suo in
 prompta pecunia ad usum domini mei regis Dacie Waldemari, pre-
 7 sentibus dominis magistro Hemmingo archidiacono et Andreæ
 sacristæ ecclesie Roskildensis. Item Johanni Ubbæß teneor in
 viginti marchis denar. Skaniensium, et ipse tenetur michi in duabus
 marchis argenti.

42.

1345 Apr. 15. Petrus Jønæssen af Nym, Kannik i Lund
og Aarhus.

*Orig. paa Perg. med [8?] Segl: 1. Petrus Jønæssens (G. Side 87);
2. Holmger Pæterssens (G. 41); 3. Benekins (G. 44); 7. Nicholaus Magnus-
søns (G. S. 87); 8. Magnus Nicholai (G. S. 86—87). Lunde Kapitels Arkiv,
nu i det svenske Rigsarkiv. Dipl. Svecanum V, 434; Rep. 2045. Jfr.
Gavebøgerne S. 93 f.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego Petrus 1
Jønæsb de Nym, Lundensis et Arusiensis ecclesiarum canonicus,
senciens corporis mei debilitatem, de bonis meis michi a Deo con-
cessis in remedium anime mee testamentum meum in modum,
qui sequitur, ordino et dispono: In primis igitur ad anniversarium
meum annuatim in choro Lundensi innovandum do, lego et scoto 2
omnia bona mea et singula in Sacerthorp in parrochia Espingæ
sita, videlicet duas curias valentes quatuor marchas et duas oras
denariorum in redditibus annuatim, de quibus fabrice ecclesie Lun-
densis dimidia marcha cedat, vicariis vero dimidia marcha, paupe-
ribus scolaribus et aliis pauperibus dimidia marcha denar., et pul- 3
santibus in turri ora denar. ipso die anniversarii mei erogentur,
residuum autem inter canonicos, qui vigiliis et misse interfuerint,
distribuatur. Item fabrice ecclesie Lundensis prediche, in qua qui-
dem ecclesia eligo sepeliri, marcham argenti. Item pro anniver-
sario meo in ecclesia sancti Clementis Arusie tenendo unam curiam 4
meum in Thrybyærgh in Nymhæret in Jucia sitam, valentem sex
oras annone in hunc modum distribuendas: primo canonicis, qui
vigiliis et misse interfuerint, due ore annone cedant, vicariis et
pauperibus scolaribus et aliis pauperibus residuum exsolvatur. Item
domino meo archiepiscopo unum annulum aureum, sextum librum 5
decretorum cum cornu. Item domino abbatи claustri omnium
sanctorum Lundis unum cornu. Fabrice ecclesie ibidem marcham
puri argenti. Monacis in conventu ibidem lagenam trafnisie. Item
cripte ecclesie mee parochialis dimidium pund cere, id est ad altare
sancti Blasii; presbitero marcham denar. et ministro oram denar. 6
Item fabrice ecclesie beati Petri monialium Lundis marcham denar.
Item ad mensam monialium lagenam humuli. Item dominabus
Unæ et Cristina[!] Tulæsdoter marcham denar. Item fratribus
predicatoribus ibidem dimidiā marcham. Item fratribus minori-

1 bus tantum. Item hospitali sancti spiritus duas oras. Item hospitali leprosorum duas oras. Item cuilibet ecclesie parochiali Lundis, prescriptis dumtaxat exceptis, oram denar., presbitero tantum, item ministro solidum denar. Item ecclesie Harthløsæ dimidiam marcham, presbitero ij oras et ministro dimidiam oram denar.
 2 Item ecclesie Wram dimidiam marcham, presbitero duas oras et ministro dimidiam oram. Item in Jucia ecclesie Nym dimidiam marcham argenti, presbitero solidum sterlingorum et ministro dimidium solidum sterlingorum. Item ecclesie Gasæmær omnia edificia nova in fundo ecclesie in Gasæmærholm ibidem per me constructa,
 3 presbitero solidum sterlingorum et ministro dimidium solidum sterlingorum. Item ecclesie Byørkye in Horæhæret solidum sterlingorum, presbitero solidum sterlingorum et ministro dimidium solidum sterlingorum. Item ecclesie Undorp in Nymhæret solidum grossorum, presbitero solidum sterlingorum et ministro dimidium
 4 soll[.]idum sterlingorum. Item ecclesie in Tummæthorp in Jucia tantum, presbitero tantum et ministro tantum. Item domino Holmgero preposito Lundensi unum cornu. Item domino Kanuto archidiacono unum cornu. Item domino Henrico decano unum cornu. Item domino Johanni Jønæsß cantori unum cornu. Item
 5 domino Johanni Dws archidiacono Arusiensi unum cornu. Item domino Petro Kanuti i cornu. Item domino Jacobo Esberni unum cornu. Item domino Petro Swenonis cellarario unum cornu. Item domino Thorkillo Byærnæß unum cornu. Item domino Cristyerno unum cornu. Item domino Benekino unum librum sermonum,
 6 qui incipit: Exquisitis inspirante Domino. Item domino Nicholao Magnusß unum cornu. Item domino Josep Niclæsß i cornu. Item domino Haquino i cornu. ^{a)}Item domino Magno Niclæsß unum cornu^{a)}. Item domino Joon Litlæ unum librum sermonum, qui incipit: Abiciamus opera tenebrarum. Item domino Gunnaro unum
 7 librum, qui dicitur Tonarius, cum canone et aliis in eodem et librum legis Scanie. Item domino Andree Hallandensi unum librum de vita et miraculis beati Martini. Item domino Nicholao Brok militi unum cornu. Item domino Joseph Botulfsß sartaginem cum doleis et unum librum, qui intytulatur Lucidarius. Item ad mensam canoniconorum Arusie unum librum sermonum, qui incipit:

^{a)} En Tilfejelse i Randen, dog med samme Haand.

Dicite filie Syon. Item domino Joon Been breviarium meum.¹ Item domino Andree Bunkaflo unum breviarium incompletum in quaternis. Item Gyntero Thomæs^ß unum cornu. Item Eskillo Niclæs^ß unum cornu. Item Cristine dilecte uxoris[!] sue i coclear argenteum. Item Johanni dyacono dicto Tinddelamb i cornu. Item Ingefridi uxori domini Tuuonis Galen militis annulum aureum.² Item nepti mee Ingefridi sedecim ulnas panni Bryggist. Item domine Katerine priorisse in Rind et sorori sue domine Botildi solidum grossorum. Item dominabus Margarete Uffesdoter et Cecilie Aughesdoter in clauistro Wisingæ solidum grossorum. Item Michaeli in Nybøle vaccam. Item Johanni braxatori unum pollidrum. Item Fynbo unum pollidrum. Item Petro Fins^ß marcham denar. Item Johanni Scanigh famulo meo unum pollidrum. Item Francisco clero meo unum pollidrum. Pro solucione autem omnium et singulorum predictorum legatorum in hujusmodi testamento meo contentorum omnia jumenta mea indomita dicta stothors cum equo⁴ nigro eunte cum illis, existencia cum domino Magno sacerdote, vicario meo in Wram, deputo ac facio, constituo et ordino venerabiles viros dilectos michi dominos exequatores dicti testamenti dominum Holmgerum Pæters^ß prepositum Lundensem, Benekinum, Joseph Botulphi, concanonicos meos, et Joon Been presbiterum,⁵ ipsis supplicans instancia, qua possum, ut premissa omnia ita fideliter procurare velint, prout in eis fiduciam gero specialem, prout eciam anime mee neverint expedire et coram Deo voluerint respondere. Actum et datum Lundis anno Domini millesimo ccc⁰xl⁰ quinto sexta feria proxima post dominicam, qua cantatur misericordia Domini, sub testimonio sigilli mei et exequotorum meorum predictorum ac dominorum Nicholai Magnus^ß et Magni Nicholai, canoniconum.

Paa Bagsiden med samtidig Haand: Summa denariorum legatorum in hoc testamento contentorum xl quatuor marche cum tribus oris denariorum Skaniensium.

43.

1346 Sept. 28. *Nicholaus Bunkaflo, Kannik i Lund og Roskilde.*

Orig. paa Perg. [med 6 Segl]. Lunde Kapitels Arkiv, nu i det svenska Rigsarkiv. Dipl. Svecanum. V, 608. — Ufuldstændig Afskr. i Lundeboegen S. 220 med Overskrift: Sequitur testamentum domini Nicolai Bunkeflo, in quo

quam multa per pennam deleta sunt; que integra et indeleta sunt et necessaria, hic descripsi; *ved Slutningen tilfejes*: Iste dominus Nicolaus Bunkaflo duo fundavit altaria in ecclesia Lundensi, primum est istud, de quo in hoc testamento, secundum in honorem sanctorum apostolorum Petri et Andree, quod nunc dicitur beati Ypoliti, de cuius fundacione supra in litera S (*herved henvises til et Brev af 1346 Aug. 23: Dipl. Svecan. V, 601; Rep. 2083*). *Enkelte utydelige Steder i Orig. er ndfr. udfyldte efter denne Afskrift. I Registranten 1425 staar herom*: Testamentum domini N. Bunkaflo canonici super aniversario suo de bonis in Lindaknepel. — *Rep. 2086. Jfr. Gavebøgerne S. 263 f.*

1 In nomine sancte et individue trinitatis, sancte Marie virginis matris Dei, beatorum Andree apostoli, Laurencii martiris, Nicholai confessoris [et] episcopi [et] omnium sanctorum. Ego Nicholaus Bunkaflo, Lundensis et Roskildensis ecclesiarum canonicus, sanus mente et corpore, sciens et considerans nichil esse cercius morte et
 2 nichil incercius hora mortis, jugi mecum meditacione preambula testamentum meum condo et facio in hunc modum: In primis igitur lego ^{a)}domino meo domino Petro archiepiscopo Lundensi ^{b)}unum bonum ambulatorem et unum librum, qui vocatur Ostiensis vel copiosa, qui est valens et bonus^{c)}. Item domino Holmgero
 3 preposito Lundensi unum parvum hanap pro vino bibendo de argento et unum cornu. Item lego domino Kanuto archidiacono Lundensi unum melius cornu, quod habeo, et duos utres meos maiores, quos habeo, de corio nigro. ^{c)}Item domino Jacobo Bælingærth canonico Lundensi lego librum unum, qui vocatur Clementina sine glosa, et duos utres meos de corio nigro, qui minores sunt. Item lego domino Thorkillo Byernonis canonico Lundensi unam majorem ollam, quam habeo, et duos utres de stanno. Item domino Benechino canonico Lundensi unum librum ligatum duobus asseribus bene longis et latis sine coopertorio, qui continet appa-
 5 ratum Ostiensis pro aliquibus partibus decretalium. Item lego domino Joon Little canonico Lundensi parvum volumen legum et codicem meum bene apparatum. Item lego domino Joseph Niclesß canonico Lundensi duos libros meos, scilicet digestum novum pro parte glosatum et insorciatum non glosatum. Item
 6 cuilibet canonorum Lundensium residencium, quibus specialiter non legaveram, lego unum solidum grossorum Turonensium. Item lego domino Matheo Petri canonico Lundensi, capellano et notario

^{a)} *Overstreget i Orig.* ^{b)} *Det følgende indtil S. 92²: declaratum er udeladt i Lundebojen.* ^{c)} *Overstreget i Orig.*

domini mei archiepiscopi, unum librum, qui vocatur summa dictaminum, et unum librum de sermonibus ligatum duobus asseribus, supertectum corio viridi vel rubeo. Item lego ecclesie beati Lucii Roskildis librum meum Hugucionem super decretum. Item lego capitulo Roskildensi librum meum Innocentium super decretales^c. Item lego capitulo Dalbyensis ecclesie apparatum decurtatum Ostiensis super omnes libros decretalium, quem composuit magister Sampson, et unum librum meum, qui vocatur digestum vetus, ut celebrent anniversarium meum, quo ciens velint, in anno quolibet.
^d Item lego monasterio omnium sanctorum Lundis psalterium meum glosatum. Item monasterio monachorum Cisterciensis ordinis in insula Hiddinse Roskildensis dyocesis in remedium anime mee et pro anniversario meo semel in anno quolibet celebrando lego bibliam meam in duobus voluminibus et librum confessorum et librum sentenciarum in uno volumine et librum, quem fecit frater Thomas de Haquino super omnes quatuor libros sentenciarum, qui vocatur Hanibaldus^d. Item lego domino Jacobo Pauli decano Roskildensi, ad quemcunque statum devenerit, unum librum meum, qui vocatur manipulus florum. Item lego domino Petro Swenß canonico et cellarario Lundensi ^eunum librum de medicina, qui vocatur thesaurus pauperum^e, et unum librum, qui continet in se officium de corpore Christi, videlicet matutinas et vesperas et totam hystoriam cum legenda et cum nota cantandi. ^fItem in remedium anime mee lego decretales meas cum sexto libro eis incorporato, dupli glosa, scilicet Johannis cardinalis et Johannis Andree, glosato, et ipse decretales apparet sunt apparatu Bernardi ordinario cum omnibus addicionibus, que eciam continent in se Innocentianas et Gregorianas cum glosa Garsce et cum quibusdam aliis extravagantibus glosatis, neconon lego librum meum decretorum cum glosa ordinaria Johannis et cum omnibus addicionibus ecclesie beati Laurentii Lundis simul et capitulo ejusdem ecclesie sub hac condicione,^g quod ipsi domini canonici Lundenses debent quolibet anno usque ad extremum diem judicii duabus diebus in summo altari beati Laurentii cum cantu celebrare vel facere celebrari unam missam animarum pro anima mea et facere legi vigilias pro ipsa anima mea illo die et sic in aliis subsequentibus diebus supradictis; istam

^{a)} Overstreget. ^{e)} Overstreget. ^{f)} Overstreget.

1 condicionem approbaverunt et acceptaverunt reverendus pater do-
 minus meus dominus Petrus archiepiscopus Lundensis, Swecie pri-
 mas, dominus Holmgerus prepositus, dominus Kanutus archidia-
 conus et plurimi alii canonici Lundenses tunc presentes, et istud
 debet fieri preter directum anniversarium, sicut hic inferius in te-
 2 stamento meo hoc eodem constat esse declaratum^{b. f}. Item ad unum
 altare edificandum et construendum in remedium [anime mee et]
 parentum meorum in ecclesia beati Laurencii Lundis coram yma-
 gine beate Marie virginis ad partem borealem in honore ipsius
 beate Marie virginis, matris Dei, et beati Nicholai episcopi do-
 t lego atque confero sub condicionibus infrascriptis omnia [bona
 mea] mobilia et immobilia cum omnibus eorum pertinenciis in
 sicco et humido, in quibuscumque rebus existunt seu existent,
 primo videlicet [omnia] bona mea, que habeo in Wæggæthorp et
 Yrtøftæ, ubi habeo quatuor^g curias cum [estimacionibus et] duos
 4 colonatus sine estimacionibus, item omnia bona mea, que habeo
 in Kætelstorp in Skøzhæret cum fundis, domibus, pratis, pascuis,
 [agris], silvis et hækælæye cum omnibus aliis pertinenciis et
 estimacionibus, item unam [curiam meam cum] estimacionibus,
 quam habeo in Myæthlestægrewøyæ, et cum omnibus ejus per-
 5 tinenciis in Ossøghehæret, item unam curiam meam, quam habeo
 Lundis juxta ecclesiam beati Mikaelis, in qua nunc residet Joha-
 nes Eschilß. Ex fructibus vero, solucionibus et pensionibus predi-
 torum bonorum primo volo facere deduci triginta marchas denari-
 orum pro sustentacione presbiteri dicti altaris, et unam marcham
 6 denar. volo facere deponi in tuto loco ad consilium capituli Lun-
 densis pro ornatu reparando dicti altaris, cum defectus notabilis
 affuerit, et sex marchas denar. volo quolibet anno deduci et deponi
 de fructibus et pensionibus dictorum bonorum pro distribucione
 facienda pauperibus mendicantibus, scolaribus et aliis, ita quod
 7 medietas illarum detur annuatim in vigilia festi assumptionis beate
 Marie virginis, et reliqua medietas detur in profesto beati Nicholai
 episcopi. Item dimidia marcha, que superest, dabitur annuatim pro
 media parte ejusdem fabrice ecclesie beati Laurencii Lundis, et
 media pars ejusdem dabitur fabrice ecclesie beatorum Petri et
 Pauli apostolorum in Malmøge inferiori juxta mare quolibet anno.

^{g)} *Lundebogen:* duas.

Sacerdos autem, cum ad dictum altare fuerit institutus, quicunque 1 fuerit, missam celebrare debet singulis diebus in dicto altari, salva honestate debita, videlicet in qualibet dominica de sancta trinitate, exceptis diebus natalis Domini, pasche, pentechostes et festivitatibus beate Marie virginis, omnium sanctorum, omnium apostolorum necnon quatuor doctorum beatorum Gregorii, Ambrosii, Augustini 2 et Jeronimi, beatorum Laurencii martiris et Nicholai episcopi, qualibet eciā secunda feria pro defunctis, tercia feria de sancto Andrea apostolo, quarta feria de sancto Nicholao episcopo, quinta feria de sancto spiritu et de sancto Laurencio vicissim, sexta feria de sancta cruce et pro peccatis vicissim, in quolibet sabbato de beata 3 virgine Maria, Dei genitrice, proviso quod in omnibus missis preter quam in summis festivitatibus memoria beatorum apostolorum Petri et Pauli et Andree et beati Nicholai episcopi, beatarumque Marie Magdalene, Katerine, Margarete virginum vicissim, et una collecta pro peccatis per se et alia pro anima mea et pro anima- 4 bus parentum et benefactorum meorum conjunctim et vicissim continue habeatur. Et quociens idem sacerdos in una septimana dictas missas celebrare omiserit forsan propter causam aliquam racionabilem, has in sequenti seu in sequentibus septimanis proximis per se vel alium seu alios debeat supplere, et si corporis debilitate 5 vel alia causa racionabili fuerit prepeditus, alium loco sui ad celebrandum medio tempore debet substituere. Preterea sacerdos, qui fuerit institutus ad dictum altare, pro sua sustentacione habere debet summam pretaxatam post dies meos, et in diebus meis juxta ordinacionem, quam ego et ipse fecerimus justo modo et legali, et 6 ego personaliter, coad vixero^h, interim predicti altaris onera suppor tabo, quod quidem altare intendo, cum primo commode potuero, conferre persone ydonee et circumspecte. Post dies autem meos dominus meus archiepiscopus, qui nunc est et qui pro tempore fuerit, dictum altare per se conferet sacerdoti honesto et circum- 7 specto, et sepulturam michi eligo juxta idem altare. Insuper ordino et statuo, ut in singulis vacacionibus dicti altaris fiat certum et circumspectum scrutinium de bonis ejus mobilibus et immobilibus et de redditibus eorum, et si defectus aliquis inventus fuerit in eis uno modo vel alio propter culpam sive desidiam vel negligenciam

^{h)} *Lundebogen*: quoad vixero.

1 illius, qui fuerit institutus ad ipsum altare, restauracio illius defectus exigetur et haberi debet de bonis dicti instituti rectoris vel heredum suorum juxta provisionem et discretionem summi prepositi et capituli Lundensis et illius presbiteri, qui in illa vacacione fuerit institutus. Preterea retineam michi collacionem dicti altaris et ordinacionem omnium bonorum predictorum in diebus meis liberam et totalem, nisi ante mortem meam aliter ordinare decrevero de eisdem. Collacio vero predicti altaris post dies meos et omnium bonorum predictorum ordinacio, ut premittitur, ad dominum archiepiscopum Lundensem, quicunque fuerit, et ad rectorem ipsius altaris, qui pro tempore fuerit, libere et perpetuo divolvantur; presbiter autem dictum altare officians nichil omnino de dictis bonis nisi cum voluntate et consilio dictorum dominorum archiepiscopi et capituli, eciam ex causa legittima et necessaria, alienare debet nec permutacionem facere aliqualiter de eisdem; sed ego in
4 mea propria persona in diebus meis retineo michi permutacionem in melius et melioracionem bonorum omnium predictorum; et si rector ipsius altaris, qui pro tempore institutus fuerit, in altari predicto celebrare vel predictorum bonorum fructus commode ordinare, sicut premissum est, omiserit vel neglexerit, supplico venerabilis patri domino Lundensi archiepiscopo, qui est et qui pro tempore fuerit, ut ipsum corrigat et castiget, et si fuerit incorrigibilis, ipsum ammoveat ab altari ipsumque altare alteri persone conferat ydonee et discrete. Item ut anniversarium meum in uno die et parentum meorum in sequenti die in ecclesia beati Laurencii Lundis sollempniter celebretur cum vigiliis usque [in extremum] diem judicii, item ad hoc, ut anniversarium meum uno die similiter celebretur annuatim in ecclesia beati Lucii Roskildis et in ecclesia Malmøgh nunc mea ac in ecclesia Bunkaflo quolibet anno in perpetuum celebretur, do et lego omnia bona mea in Rythæ [et in]
7 Erikstorp in parrochia Wram in Gæreshæret cum omnibus eorum pertinenciis in sicco et humido ac omnia bona mea secularia in Malmøge inferiori juxta mare sita necnon curiam, quam personaliter Lundis inhabito, cum omnibus ejus pertinenciis [preter partem] orientalem ejusdem; ex quibus bonis deduci debent viginti
8 marche denar. novorum Scaniensium ad faciendum celebrari dicta anniversaria per modum, qui sequitur: Primo die anniversarii mei in ecclesia beati Laurencii Lundis ad summum altare [faciendo]

quatuor marche denar. distribuentur hoc modo: dominis canonicis ¹ Lundensibus, qui vigiliis et misse animarum interfuerint, dentur due marche, vicariis adherentibus dimidia marcha, pulsantibus in turri ora, pauperibus scolaribus ora et fabrice ecclesie Lundensis due ore, et una marcha denar. inter presbiteros, missas ad altaria privata illo die ibidem celebrantes, dividatur. In sequenti vero die ² post anniversarium meum, nisi fuerit dominica vel alia festiva dies, ex qua occasione in sequentem feriam deferatur, celebrari debet sollempniter in choro Lundensis ecclesie cum vigiliis et missa anniversarium patris mei, matris mee, fratrum, sororum, parentum et familiarium, in quo tres marchas denar. distribui volo, ut prefertur. ³ In meo eciam anniversario in choro Roskildensis ecclesie sollempniter annuatim celebrando tres marche denar. vel tres solidi grossorum Turonensium simili modo distribuentur, sicut jam est dictum, preterquam sacerdotibus celebrantibus ad altaria privata. Item de bonis in Malmøghe predictis deduci debent octo marche denar. ⁴ Scaniensium ad faciendum anniversarium meum annuatim in ecclesia mea parochiali ibidem, taliter quod sacerdos, rector ipsius ecclesie, quolibet anno debet habere de eisdem septem marchas et celebrabit annuatim anniversarium die obitus mei, et deinceps in quolibet mense anni semel missam et vigilias pro anima mea ad summum ⁵ altare sollempniter celebrabit, et de octava marcha denar. fabrica ipsius ecclesie sex oras et pauperes duas oras annis singulis sorciantur. Item due marche denar. de aliis bonis predictis pro anniversario meo faciendo in ecclesia Bunkaflo quolibet anno deducentur, de quibus sacerdos, rector ipsius ecclesie, unam marcham, pul- santes oram et fabrica ecclesie vij oras percipient annuatim. Item de predictis bonis preter in Malmøgh deducentur sex marche denar. novorum Scaniensium, quarum medietas in vigilia assumptionis beate Marie virginis et reliqua medietas in festo beati Nicholai episcopi in anime mee remedium pauperibus scolaribus et aliis ⁷ pauperibus Lundis hostiatim mendicantibus ad arbitrium domini [decani] Lundensis annis singulis erogetur. Provisionem autem bonorum omnium predictorum ad anniversaria hujusmodi deputatorum rector altaris in ecclesia Lundensi ad partem borientalem ante ymaginem beate Marie virginis constructi habere debeat cano-⁸ nice institutus et pecuniam predictam juxta consilium dicti domini decani Lundensis anno quolibet erogare, exceptis bonis in Mal-

1 mœughe inferiori, quorum ordinacio spectabit ad rectorem altaris
 secundi, quod in ecclesia Lundensi edificare propono in honorem
 Petri et Andree apostolorum beatorum. ⁱ⁾ Item lego ecclesie Gyefnæ-
 toftæ Roskildensis dyocesis unam marcham argenti. Pauperibus
 in Worthinborgh ij solidos grossorum Turonensium. ^{k)} Item ecclesie
 2 Øfræmalmøgh marcham argenti^{k)}. Item sacerdoti ecclesie Bunkaflo
 marcham denar. Scaniensium, campaniste ibidem iij oras denar.
 Item ecclesie Fosøghe iij marchas denar., presbitero ibidem dimi-
 diam marcham denar., campaniste ibidem oram. Item cuilibet
 ecclesie rurali in Ossøghæhæret preter ecclesias jam dictas solidum
 3 grossorum Turonensium. Item domine Botildi uxori Herberti vel
 suis heredibus quatuor marchas argenti, de quibus habuit iij
 marchas Scanienses. Item Petro filio Martini Jonæsß vel heredi-
 bus suis Roskildensis dyocesis tres marchas argenti. Item mulieri
 relicte Jonæ Gunnildæß in Heruithstathe Lundensis dyocesis ij
 4 solidos grossorum Turonensium. Item domino Johanni Ka sacer-
 doti^{l)}, quondam vicario meo in Brusæthorp, si errores suos abjur-
 verit et absolucionem ab excommunicacione obtinuerit et dispen-
 sacionem habuerit ab eo, qui poterit cum eo dispensare pro dictis
 erroribus, viginti marchas denar. novorum Scaniensium, dum
 5 tamen [me] et heredes meos quitos et disbrigatos dimiserit. Item
 Johanni Andersß equum meum Blisgaas vel alium equum equivalen-
 tem et cingulum meum argenteum. Item Nicolao Gagge equum
 meum griseum, in quo consuevi equitare, et unam equam cum
 pullo suo. Item uxori Johannis Andresß, domine Botildi, unam
 6 telam serici et filie sue Lucie tantum. Item uxori Nicolai Gagge,
 domine Elene, equam cum pullo et filie sue Benedicte sorcocium
 meum et capucium rubei coloris, sufforata variis pellibus. Item
 Magno Erikß genero meo equam cum pullo et uxori sue domine
 Thore, nepti mee, octo ulnas panni skønelaken. Item Achoni Jo-
 7 næsß in Fyelkind, genero meo, et Katerine, uxori sue, nepti mee,
 tantumdem per omnia. Item domino Jone Pæterß sacerdoti, vicario
 perpetuo ecclesie beate Marie majoris Lundis, unum librum, qui
 vocatur liber sermonum ad status et unum equum ambulatorem.
 Item domino Nicolao ^mdicto Lummae sacerdoti ecclesie beati Cle-
 mentis Lundis quatuor solidos grossorum Turonensium^m. Item

ⁱ⁾ Det følgende indtil S. 98¹: equicio meo er udeladt i Lundebogen.
^{k)} Overstreget. ^{l)} Orig.: facerdoti. ^m) Overstreget.

Gothrico Jacobß in Malmøgh cognato meo polidrum meliorem de 1
equicio meo. Item Alberto filio suo unum polidrum. ^{a)} Item
Eschillo Tuvæß cognato meo unum hemmethe, quod habet penes
se, et unum bonum equum. Item Johanni Thruhilsß unum fyl
hoc anno natum. Item cuilibet famulo meo servienti michi tem
pore mortis mee unum jumentum domitum vel indomitum, valens 2
tres marchas denar.^{b)} Item ecclesie beate Marie majoris Lundis
ij marchas denar. novorum Scaniensium., presbitero marcham de
nar., campanario ij oras denar. Item ecclesie beati Mikaelis Lundis
ij marchas denar., et domino Magno rectori . . . mar . . . dyækn
ministro . . . v oras denar. Item cuilibet ecclesie civitatis Lun
densis preter jam nominatas lego unam oram denar., presbitero
tantum, ministro ij solidos denar. Item hospitali leprosorum Lun
dis ij oras annone ^{c)} et domui sancti spiritus ibidem tantum. Item
Klauss Brunswiikß civi Lundensi ij solidos grossorum Turonensium
et uxori sue tantum. Item Strangoni Jonesß et uxori sue quatuor ^{d)}
solidos grossorum Turonensium. Item domine Margarete uxori
Gynteri civis Lundensis ij solidos grossorum Turonensium. Item
cognate mee Cecilie moniali in Byrthinge capam choralem et super
pellicium meum, octo ulnas tele linee et dimidiā marcham denar.
Item mulieri Ætta nomine in Vintrøghe unam oram annone et ^{e)}
filie sue Cristine unum pund annone et sorori ejus Una nomine
oram annone. Item domino Magno Niklesß decano in Ossøgæhæret
equam cum pullo et mortarium meum. Item domino Johanni
dicto Bunkaflo presbitero in Akathorp unum polidrum de equicio
meo^{f)}. Item Petro Fyunbo campanario ecclesie mee Malmøgh
marcham denar. et Paulo Pæterß campanario ibidem tantum.
^{g)} Item ecclesie Kætilstorp restituo unum librum missalem, quem
habeo pro tribus marchis denar. in pignore, et lego fabrice ejusdem
ecclesie iij solidos grossorum Turonensium. Item vicario meo per
petuo ibidem unum pund annone et campanario dimidium pund ^{h)}
annoneⁱ⁾. Item ad fabricam ecclesie **Brusæthorp** in Albohæret ij
marchas denar., vicario meo ibidem unum pund annone, campan
ario dimidium pund annone. ^{j)} Item Andree Thyreß in Hækøpinge
equam cum pullo. Item Aggæ Tubbeß in Natfarathorp unum
jumentum de equicio meo. Item matri ejus Agathe iiiij solidos

^{a)}) Overstreget. ^{b)}) Overstreget. ^{c)}) Overstreget. ^{d)}) Overstreget.

Erslev, Testamente.

1 annone, et sorori ejus Cecilie in Hindby iiiij solidos annone, et sorori
 earum Elene in Fosøghe iiiij solidos annone. Item fratri Petro
 Drukken de domo sancti spiritus unum jumentum de equicio meo^{a)}.ⁱ
 Item omnia bona mea mobilia et immobilia preter jam legata, que
 habeo in parochia Bunkaflo, cum omnibus eorum pertinenciis cupio
 2 bona voluntate veris heredibus meis, ita quod ipsi anniversarium
 meum et parentum meorum semel in anno quolibet faciant in per-
 petuum in ecclesia Bunkaflo et unam tantum marcham in hoc
 expendant quolibet anno tam pro missis quam pro elemosinis paupe-
 rum. Item volo quod in omnibus legatis et bonis supradictis
 3 equipollens detur in rebus vel valore, si ipsorum legatorum vel
 bonorum aliquid in rerum natura non existat. Item lego ^{b)} Andree
 Atteß unum jumentum de equicio et duabus sororibus suis unam
 marcham denar. cuilibet. Item Ingemann dicto Fughlækonung
 unam marcham denar.^{c)} Item ad hujus testamenti mei execucionem
 4 omnimodam juxta meam ultimam voluntatem penitus exequendam
 ordino et constituo viros discretos et amicos Dei dominum Thor-
 killum Byærnonis canonicum Lundensem, dominum Nicolaum rec-
 torem ecclesie beati Clementis Lundis, dominum Joon Petri perpe-
 tum vicarium ecclesie beate Marie majoris parochie Lundis et
 5 Gothricum Jacobß laycum, villanum in Malmøgh, rogans ipsos et
 exhortans propter misericordiam Jhesu Christi, ut hoc testamentum
 meum et contenta in ipso juxta id, quod Deo noverint esse gratum
 et anime mee proficuum, fideliter exequantur, prout in supremo
 judicio coram Deo altissimo voluerint respondere. Ad solvendum
 6 autem hoc testamentum meum deputo et constituo omnia bona mea
 mobilia in morte mea extancia ac omnes proventus et obvenciones,
 que proveniant michi vel heredibus meis in anno gracie post mor-
 tem meam de beneficiis meis, que nunc teneo, ita tamen quod
 medietas eorundem, que superfuerint, cedat heredibus meis et me-
 7 dietas reliqua, que superfuerit, detur pauperibus in remedium anime
 mee. In quorum omnium evidenciam et testimonium sigillum meum
 una cum sigillis predictorum executorum meorum et domini Magni
 presbiteri, curati ecclesie beati Mikaelis Lundis, presentibus literis
 est appensum. Actum et datum Lundis anno Domini millesimo
 ccc^o quadragesimo sexto in profesto beati Michaelis archangeli.

^{a)} Udeladt i Lundeboegen. ^{b)} Overstreget.

Paa Bagsiden: Testamentum domini N. Bunkæflo et ordinacio sua de 1 anniversario suo tenendo de curia, in qua residebat, et aliis bonis per rectorem altaris per ipsum constructi ad partem boriale ante ymaginem beate virginis.

44.

1350 Marts 17. Nicolaus Magnusson, Kannik i Lund.

Tabt Orig. i Lunde Kapitels Arkiv. Ufuldstændig Afskr. i Lunde bogen S. 239 med Overskrift: Testamentum domini Nicolai Magnusson canonici Lundensis super una curia in Keylinge, quod ita est lesum, quod parum ex eo legi potuit, quod sic incipit. *Dipl. Svecanum VI, 177; Rep. 2241. Jfr. Gavebøgerne S. 65 f.*

In nomine Domini, amen. Cum omnia, que usibus humanis 2 temporaliter adherent, decedente vita hominis simul omnia dilabuntur nichilque homini suffragatur, ego Nicolaus Magnusson canonicus Lundensis, sanus mente et corpore, de bonis michi concessis ad ipsius honorem et in mee anime remedium testamentum meum condo et ordino in hunc modum: Primo igitur lego capitulo Lundensi curiam meam in Kæklinge in parrochia Aræghø in Ossøge-hæret, quam de Uffone Nicleson de Othenstrøø emi, cum attinencii suis universis pro anniversario meo annuatim in choro Lundensi tenendo, ita quod de redditibus dictae curie canonicis, qui vigiliis et misse interfuerint, marcha denariorum erogetur, vicariis due ore, fabrice ecclesie predicte dimidia marcha, pauperibus scolaribus ora denar. et pulsantibus in turri ora denar. ac eciam pro missis dicendis in dicta ecclesia eodem die marcha denar. Item domino meo archiepiscopo cingulum meum argenteum. Item capelle beati Dionisii ibidem, per dominum Karolum quondam archiepiscopum Lundensem 5 constructe, in qua meam eligo sepulturam, iij marcas. Item ecclesie mee parochiali, videlicet beati Pauli apostoli, dimidiad marcham^{a)} Datum Lundis anno Domini mccccl. die beate Gertrudis virginis.

^{a)} *Afskriveren:* De hoc testamento amplius promte legere non potui. In fine:

45.

1350 Maj 13. Biskop Jakob af Roskilde.

Tabt Orig. i Roskilde Kapitels Arkiv. Afskr. af Arne Magnusson i Bartholins Collectanea F VI, 98. Rep. 2256.

1 In nomine Domini; amen. Divina sapientia, que suaviter disponit omnia mortalibus hominibus, ita pie providit, ut de terrenis, que transeunt, mercari valeant eterna, que subsistunt. Eapropter nos Jacobus divina providentia episcopus Roskildensis, volentes de bonis a Deo amministrationi nostre commissis, licet debiles corpore,
 2 sani tamen mente, salubritati anime nostre providere, testamentum nostrum condimus in hunc modum: In primis igitur legamus illustrissimo principi domino nostro Waldemaro regi Dacie annulum aureum et duas balistas. Item inclite domine nostre domine Heylwigi regine Dacie annulum aureum et unum hethenstykke. Item
 3 inclite domine nostre domine Ingeburgi ducisse Hallandie amphoram argenteam. Item domino nostro domino Petro archiepiscopo Lundensi annulum aureum et unum hethenstykke. Item fabrice ecclesie nostre Roskildensis quatuor curias nostras in Utlerthe et Rørbek sitas cum omnibus suis pertinentiis perpetuo possidendas, et
 4 [in] earundem curiarum liberatione[n] pro xv marchis argenti, pro quibus impignerate sunt, viginti march[as] argenti, percipiendas de Magno Nicholai, pro quibus bona sua in Skyelenstwet impignoraverat, deputamus, ita quod dimidietas [reddituum] dictarum quatuor curiarum, cum redempte fuerint, fabrice ecclesie nostre cedat; de reliqua
 5 vero dimidiata anniversarium nostrum in dicta ecclesia annuatim celebretur, et in dicto anniversario de redditibus suprascriptis distributiones fiant in perpetuum canonicis, vicariis perpetuis et non perpetuis, qui presentes interfuerint, et pauperibus, secundum quod infra scripti executores testamenti nostri ordinandum duxerint et kalendario mortuorum inscribendum. Item domino Nicholao decano Roskildensi unam nucem cum pede et coopertorio, mensale, manutergium cum uno cornu. Item domino Johanni [de] Capella preposito ibidem i par børcknive, i bathelagen et i kloo. Item domino magistro Hemmyngø archidiacono i par borcknive, i kloo. Item domino
 7 Michaeli cantori i cyphum argenteum cum ymagine majestatis et i cornu. Item domino Nicholao Leembek nostram snække cum suis instrumentis. Item domino Everrado Moltike i par stæketyw

cum i balista. Item domino Jacobo Olaui i annulum aureum,¹ i cornu et unam balistam, et cum hoc dimittimus sibi exactionem Lællinge, donec per redditus ejusdem sibi satisfactum fuerit pro deperditis et expensis factis in reysa cum domino nostro rege in Marchiam, que rationabiliter in capitulo nostro poterit edocere^a. Item domino Petro Niclessen unum par preparamentorum et orna-² mentorum nostrorum parvorum, quod nobis dedit frater Matheus, cum parvo missali nostro, sermones Jacobi de Losanna, et ambula-³ torem nostrum brunum sibi solvimus pro equo suo griseo, quem domino nostro regi dedimus. Item domino Lamberto i par borcknive et unum kloo. Item domino Johanni Gulsiø nepoti nostro decre-⁴ tales et sextum in uno volumine, librum Exameron cum pluribus libris aliis insertis, summam Henrici de Gandavo, mensale et unum manutergium. Item domino Olauo i bathelagen et i cornu. Item domino Petro Thorwastssen quatuor marchas argenti; item depu-⁵ tamus sibi sex marchas argenti, pro quibus ab ipso duos equos emimus, percipiendas de domino Petro de Ørsleef, si ipse tantum vel hujusmodi habet de nostro; reliquum vero illarum sex marcharum argenti, quod sibi dictus dominus Petrus non solverit, solvant exe-⁶ cutores infrascripti. Item cuilibet canonico ecclesie nostre Roskildensis residenti prius non nominato i solidum grossorum. Item do-⁷ mino Boecio decano Hafnensi i koltam. Item claustro fratrum predicatorum Sundis, ubi nostram eligimus sepulturam, donec capi-⁸ tulum nostrum vel amici nostri corpus nostrum duxerint traducendum, 1 marchas Sundenses. Item pro refectione fratrum ibidem x marchas. Item domino priori ibidem cyphum argenteum cum coeliari de argento. Item lectori ibidem pellicium de mardsfeld. Item fratri Hermanno Meppen pellicium de variis pellibus et i coeliar argenti. Item fratri Johanni de Campen, qui nobis in infirmitate servivit, tunicam et scapulare de bono panno. Item fratribus minoribus ibidem x marchas Sundenses. Item fratribus predicatoribus Roskildensibus i lestam annone. Item fratribus minoribus ibidem tantum. Item claustro beate Agnetis et sororibus ibidem tantum. Item claustro beate virginis ibidem dimidiā lestam. Item claustro sancte Clare ibidem tantum. Item fratribus predicatoribus Nest-⁹ wed i lestam annone. Item fratribus minoribus ibidem tantum.

^{a)} *Afskr.: edoceri.*

1 Item fratribus predictoribus in Holbek dimidiā lestam annone.
 Item fratribus minoribus Hafnis tantum. Item cuilibet domuum
 leprosorum Syellandie duas oras annone. Item domino Henrico
 Knolle breviarium, quod habet, et dimidiā lestam annone. Item
 domino Nicholao Niclessen dimidiā lestam annone et librum de
 2 summa vitiorum. Idem domino Johanni Eskilli librum quendam
 de auctoritatibus sanctorum. Item Johanni Dyekn unum annulum
 aureum et i cornu. Item domino Petro de Ørsleef marcam annone
 et vi ulnas panni. Item domino Olauo de Meonia tantum. Item
 Kanuto notario nostro cinctorium nostrum cotidianum, et de con-
 3 fidentia capituli nostri bona nostra, que tenet domina Ingeburgh in
 Hemmeløvæ, pro servicio suo nobis facto concedimus libere ad
 utilitatem suam ordinanda ad dies suos, vel quo usque in beneficio
 competenti in dyocesi nostra provisum fuerit, ita quod salva si[n]t
 dimissione nostra ipsi domine Ingeburgi ad duos annos, quibus
 4 dictus Kanutus redditus percipiet de eisdem, et postea, ut premis-
 sum est, bona eadem libere ordinabit. Item domino Johanni Felix
 sorkocium et capucium de variis pellibus, que portavimus. Item
 domino Henrico Budde tunicam, capam et capucium, quos in hyeme
 portavimus. Item domino Johanni sacriste ecclesie nostre Roskil-
 5 densis tunicam, capam et caputium, quos fieri fecimus pro estate.
 Item domino Wernerio, plebano nostro ad sanctum Olauum, dimi-
 diā lestam annone. Item Magno Thomessen i balistam et i cornu.
 Item domine Cristine, uxori sue, sorori nostre dilecte, fibulam
 auream, quam de domino Jacobo Niclesson emimus, quando Sun-
 6 dis de pignore fuerit liberata. Item Jacobo Pawelssen dimidi-
 tam bonorum, que secum habemus in Towethorp, et unum fund-
 dum cum uno molendino nostro in Kinby. Item Olauo Pæterssen
 unam marcham annone et balistam cum duobus cornibus. Item
 Andree Olæfson de confidentia capituli nostri dimittimus exactionem
 7 nostram Roldorp ad dies suos pro pensione, quam dixerint decanus
 et archidiaconus Roskildensis esse competentem. Item bona nostra
 in Draugby, que nos Skelmero concesseramus, eidem et suis here-
 dibus damus et legamus perpetuo possidenda. Item Petro Hekle
 lestam annone cum uno cornu. Item Karolo Niclessen dimidiā
 8 lestam annone. Item Petro Syundi, Butze, Paulo Bitte et Petro,
 cuilibet eorum iij marchas argenti. Item Nicholao Unit unam
 marcam annone, et cum hoc dimittimus sibi exactionem nostram

Hastørp pro viginti marcis argenti, in quibus sibi tenemur, donec 1 per redditus ejusdem sibi integre fuerint persolute, et postea ad dies suos de confidentia capituli pro pensione competenti. Item cuilibet armigerorum nostrorum non prius nominato dimidiam lestam annone. Item domine Wendele Smid unum annulum aureum. Item Martino Strazeborgh hospiti nostro ibidem i sconelaken. Item 2 Hennichino Jungfrowe vi marcas argenti, quas sibi deputamus in literis nostris percipiendas in Scanøør de decimis nostris Meonie. Item uxori sue xix ulnas de panno Bryggensi ad i par vestimentorum. Item camerariis nostris Offoni, Absoloni et Jacobo Niclesson, cuilibet eorum equum de ij marcis argenti. Item cuilibet 3 aliorum camerariorum nostrorum equum de una marca argenti. Item Rusleef marcam annone et meliorem equum, quem in Syelsø habemus. Item Meretzlavo preter equum de marca argenti dimidiam lestam annone. Item Esberno Jonssen i marcam annone, ij vaccas et ij jumenta; item quatuor marcas argenti, in quibus 4 eidem tenemur, deputamus sibi percipiendas de familia nostra in Syelsø festo sancti baptiste Johannis. Item fratri suo Petro Jonsen ij pund annone cum una vacca. Item matri eorum duas vaccas, ac ad hoc concedimus sibi de confidentia capituli nostri unum fundum de pensione trium pund annone in exactione Syelsø ad dies 5 suos gratis inhabitandum. Item Johanni Siøburgh sartori nostro dimidiam marcam annone. Item Tukoni Pæterssen dimidiam marcam annone, et cum hoc deputamus sibi quatuordecim marcas argenti percipiendas de decimis nostris in Halsnees, quas sibi tene- 6 mur. Item magistro Johanni coco nostro dimidiam marcam annone. Item Laurentio Galen, Pibestok, Jacobo Længere et Thorberno in stabulo nostro, cuilibet eorum iij pund annone cum tunica et caputio. Item Bunggeren iij pund annone et vi ulnas panni. Item Olauo naute nostro tunicam et caputium. Item cuilibet servientium in navi nostra tunicam et caputium de sylfaar. Item cuilibet cur- 7 sorum nostrorum brifdravere tunicam, togam et caputium et x pund annone. Item Staæchelmus tunicam, togam et caputium cum una ora annone. Item Johanni Fyunbo in Guthensio dimidiam marcam annone. Item promo in Draugsholm equum de marca argenti et ij oras annone. Item cuilibet laborantium in coquina, cellario et 8 curiis nostris in Sylland i pund annone. Item monasterio Epplo[7]t calicem quendam ipsius monasterii, quem redemimus pro quinque

1 marcis argenti. Exequatores autem hujus testamenti nostri consti-
 tuimus et ordinamus honorabiles viros dominos Nicholaum Johannis
 decanum, Johannem de Capella prepositum, Hemmingum archi-
 dyaconum, Petrum Nicholai canonicum ecclesie nostre Roskildensis
 et Magnum Toddæ, obsecrantes eosdem per viscera misericordie
 2 domini nostri Jhesu Christi, ut, quantum in eis sit, faciant et pro-
 curent, ut hec nostra ultima voluntas effectum consequatur, necnon
 ut debita nostra justa et rationabilia persolvantur. Bona vero in-
 frascripta, videlicet curiam et exactionem nostram in Syelsø cum
 omnibus et singulis suis pertinentiis, et decimas episcopales in
 3 Loweherrit et Flakkebiergherrit predictis exequitoribus tradimus et
 assignamus pro solutione testamenti nostri et debitorum rationa-
 bilium et justorum, donec predicta omnia fuerint persoluta, ad
 usum predictum libere ordinanda. In cujus rei testimonium sigil-
 lum nostrum et sigilla predictorum exequitorum nostrorum presenti-
 4 bus duximus apponenda. Datum Sundis anno Domini mccc quin-
 quagesimo in octavo ascensionis ejusdem.

46.

1350 Aug. 29. Matheus Petri, Kannik i Lund og Roskilde.

*Tabt Orig. i Lunde Kapitels Arkiv. Et større Stykke af dette Testa-
 mente blev optaget i et Brev af Abbed Benedict o. fl., der ligeledes er tabt,
 men som er afskrevet i Lundeboegen S. 220 med Tilføjelse: Extat testamentum
 domini Mathei, Lundensis et Roskildensis ecclesiarum canonici, de quo tractum
 est precedens vidisse, concordans in predictis articulis, ut oportet. Vidissen
 har i Afskriften faaet Aarstallet 1458; men Udstederne af dette Brev levede
 alle ved Midten af 14. Aarh. (jfr. Gavebøgerne S. 227, 25, 61, 319), og Aars-
 tallet er da sikkert fejlskrevet, vistnok for 1358. Rep. 2271.*

5 Omnibus presens scriptum cernentibus Benedictus electus in
 abbatem omnium sanctorum prope Lundis, Henricus Bocholt deca-
 nus, Petrus Botulphi et Paulus Laurencii, canonici ecclesie Lun-
 densis, salutem in Domino. Noverint universi, nos infrascriptos
 articulos de testamento quondam domini Mathei Petri, Lundensis et
 6 Roskildensis ecclesiarum canonici, bone memorie, non cancellatos
 nec rasos nec viciatos, sed omni suspicione carentes, vidisse, diligenter inspexisse, perlegisse in hunc modum:

Item ecclesie beati Laurencii in Kætilsthorp ad suam fabricam
 dimidiam marcam denariorum, vicario ibidem ij oras denar., dya-

cono ibidem oram, item pauperibus ipsius parrochie marcam denar.¹ Item ecclie beati Thome Lundis dimidiā marcam denar., item domino Andree ibidem plebano dimidiā marcam denar., dyacono ibid. oram denar., pauperibus ipsius parrochie marcam denar. Item Botildi sorori mee dimidiū pannum Kortronx et ij oras annone. Item lego ad prebendam meam, quam post mortem domini Nicolai Bunkaflo in ecclesia Lundensi obtinui, curiam meam in parrochia beati Thome apostoli Lundis sitam tali conditione, quod Thora soror mea predicta ipsam curiam cum domibus et omnibus suis pertinenciis, quamdiu ipsa in quocumque statu vixerit, ad suum beneplacitum retinebit, ipsam curiam vel aliquam domum manentem ibidem non alienatura^a, sed me mortuo tres marcas denar. novorum Scaniensium de ea in hunc modum annis vite sue singulis solutura, videlicet dominis canonicis, qui vigiliis et misse die anniversarii mei in choro Lundensis ecclesie annuatim celebrandi interfuerint, marcam denar., vicariis simili condicione dimidiā marcam, pauperibus scolaribus misse inherentibus iij oras denar., pulsantibus in turri oram denar. ac pro missis ad altaria in ecclesia Lundensi die anniversarii cantandis marcam denar. Cum autem ipsam Thoram sororem meam mori contigerit, volo et irrefragabiliter statuo sub Dei omnipotentis vindicta, quod eadem curia prebende⁵ predicte perpetuis temporibus sit annexa, ita quod quicumque canonicus dictam prebendam tenuerit, predictam curiam cum conditionibus habeat antedictis. Exsequores autem hujus testamenti mei statuo et constituo viros honorabiles dominos Joseph Niclæss et Jacobum Jærmer, Lundensis ecclesie canonicos, supplicans eis⁶ propter Deum, ut juxta voluntatem meam prescriptam eo modo testamentum meum studeant exequi, prout anime mee saluti expedire viderint et coram Deo in ultimo judicio voluerint respondere. In cuius testamenti evidenciam sigillum meum una cum sigillis venerabilis in Christo patris ac domini mei predicti domini Petri Lundensis archiepiscopi, Suecie primatis, et exsequitorum meorum predictorum presentibus est appensum. Datum Lundis anno domini mccccl. die decollationis beati Johannis baptiste.

In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum Lundis anno domini mcdlviii. sabato proximo ante dominicam quasimodogeniti.

^a Afskr.: alienatam.

47.

1350 Okt. 28. Thorchil Byernonis, Kannik i Lund.

Orig. paa Perg. i Lunde Kapitels Arkiv, siden ført til Stockholm, hvor Langebek afskrev den i 1753; nu tabt. Et Par andre Afskrifter findes i Wessmans Samlinger i Upsala Universitetsbibliothek. — Afskr. i Lundeboegen S. 232; herefter: Dipl. Svecanum VI, 231. — Ndfr. gengivet efter Langebecks Afskr. i Rigsarkivets Diplomatarium. Rep. 2284. Jfr. Gavebøgerne S. 276.

1 In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego Thor-
chillus^a Byernonis canonicus Lundensis, magnam attendens Dei
clemenciam, qui hoc peccatoribus inter cetera sue pietatis beneficia
est largitus^b, ut per bona temporalia ab ipso eis concessa et in
sui honorem per elemosinas erogata non solum peccata redimunt,
2 verum eciam acquirunt meritum, per quod ad celestia facilius per-
venitur, volensque tali beneficio non privari, cum mentis mee com-
pos sum, licet corpore debilis, in meorum relaxacionem peccaminum
et anime mee salutem et remedium de bonis, que michi Deus con-
cesserat, testamentum meum condo et ordino in hunc modum: In
3 primis lego pro anniversario meo in choro Lundensis ecclesie quo-
libet anno celebrando, ubi meam eligo sepulturam, quandam curiam
meam in Lokkathorp, valentem in redditibus sex pund annone,
cujus curie redditus sub forma, que sequitur, decreveram dividendos,
videlicet quod canonicis, qui vigiliis et misse die anniversarii mei
4 interfuerint, dabuntur duodecim ore denariorum novorum Scanien-
sium, vicariis autem dimidia marca, pauperibus scolaribus tres ore et
pulsantibus in turri ora denar. ministretur, et si quid residuum
fuerit, cedere debeat fabrice Lundensis ecclesie supradicte. Et volo
quod hujus curie ordinacionem habeat tutor et procurator fabrice
5 ejusdem Lundensis ecclesie, qui pronunc est vel qui pro tempore
fuerit deputandus. Item domino meo domino Petro archiepiscopo
Lundensi tres marcas argenti de pecunia, in qua michi tenetur.
Item monasterio omnium sanctorum Lundis solidum grossorum.
Item monasterio in Dalby solidum grossorum. Item monasterio
6 sanctimonialium Lundis solidum grossorum. Item fratribus predi-
catoribus Lundis solidum grossorum. Item fratri Nicolao Tuvonis
ibidem ij solidos grossorum. Item fratribus minoribus Lundis soli-
dum grossorum. Item domino Petro Kanuti canonico Lundensi

^{a)} *Lundeboegen*: Thorlillus. ^{b)} *Orig.*: largituras; *L.*: largitus.

unum cornu et unum coclear argenteum. Item magistro Jonæ¹ Litla unum cornu et unum coclear argenteum. Item domino Josep Niclæsson canonico Lundensi^e unum cornu et unum coclear argenteum. Item cuilibet canonicorum apud ecclesiam residencium preter jam dictos unum cornu. Item ecclesie sancti Michaelis Lundis solidum grossorum, presbitero ibidem solidum grossorum,² ministro ibidem ij oras denar. Item capelle parochiali in cripta solidum grossorum, presbitero ibidem dimidium solidum grossorum, ministro ibidem ij oras denar. Item ecclesie Lokkathorp solidum grossorum, presbitero ibidem dimidium solidum grossorum, ministro ibidem duas oras denar. Item ecclesie Thouolanga solidum³ grossorum, presbitero ibidem dimidium solidum grossorum, ministro ibidem ij oras denar. Item ecclesie Andretharum dimidiam marcam denar., presbitero ibidem ij oras denar., ministro ibidem oram denar. Item ecclesie Kæristhorp in Fershæret dimidiam marcam, presbitero ibidem duas oras denar., ministro ibidem oram⁴ denar.^d Item ecclesie Saxeldathorp Ruma dimidiam marcam denar., presbitero ibidem dimidiam marcam denar., ministro ibidem duas oras denar. Item dilecte sorori mee domine Botildi marcam argenti. Item dilecto nepoti meo Uffoni Niclæsson unum breviarium, quod^e habui de domino Cristyarno, et unum passionarium. Item dilecto⁵ nepoti meo Johanni Niclæsson marcam argenti. Item Petro Uffonis solidum grossorum. Item domino Swenoni Pæterson solidum grossorum. Item domino Swenoni Thuræson unum breviarium, quod habui de domino Jacobo Michaelis. Item domino Petro Magnusson unum breviarium. Item famulo meo Nicholao Knutson dimidiam⁶ lestam^f annone. Item Sægoto cognato meo dimidiam lestam annone. Item Nicholao Steen famulo meo dimidiam lestam annone. ^gPetro^g Andree famulo meo dimidiam lestam annone. Item Akoni^h famulo meo dimidiam lestam annone. Item Jacobo famulo meo unum pund annone. Item Magno famulo meo in Wæsum duos juvencos,⁷ quos habui de Laurencio in Slakkathorpⁱ. Item Byernoni filio suo unum pund annone. Item Cristine puelle sororis mee duas oras denar. Item Cecilie ancille sororis mee dimidiam marcam denar. Item cuilibet puerorum in curia mea existencium duas oras denar. Item Magnildi in Wæsum unam vaccam. Item famulo meo ibidem

^{c)} *Fattes L.* ^{d)} *Fattes L.* ^{e)} *L:* quam. ^{f)} *L:* lastam. ^{g)} *Fattes L.* ^{h)} *L:* Olauo. ⁱ⁾ *L:* Skakkathorp.

1 Magno Niclæsson dimidium pund annone. Item cuilibet de familia^k
 in curia mea Wæsum, predictis exceptis, oram denar. Exequores
 autem hujus testamenti mei constituo et ordino viros honorabiles do-
 minos Petrum Kanuti et Josep Niclæsson, canonicos Lundenses, rogans
 eos in Domino omni qua possum instancia, ut hanc ultimam vo-
 luntatem meam, prout Deo placere et anime mee expedire neverint,
 fideliter exequantur. In hujus autem legacionis signum et eviden-
 ciam sigillum meum una cum sigillis venerabilium dominorum,
 videlicet Petri Kanuti et Josep Niclæsson, canonicorum Lundensium
 predictorum, presentibus est appensum. Datum anno domini m^occe^o
³ quinquagesimo festo apostolorum Symonis et Jude.

48.

1351 Jan. 29. *Thythemannus Thythemanni af Aas, Presbyter.*

*Orig. paa Perg. [med 3 Segl]. Lunde Kapitels Arkiv, nu i det svenske
 Rigsarkiv. Rep. 2294. Jfr. Gavebøgerne S. 48.*

4 Omnibus presens scriptum cernentibus Thythemannus Thythe-
 manni de Aaos presbiter salutem in Domino sempiternam. Notum
 facio universis tam posteris quam presentibus, me omnia et singula
 bona mea in Rinkæby in Withlanzhæret sita cum agris, pratis,
 pascuis, humidis et siccis, estimacionibus et omnibus suis pertinenciis
 5 mobilibus et immobilibus fabrice ecclesie Lundensis cum condicioni-
 bus infrascriptis donasse et legasse perpetuis temporibus possidenda,
 videlicet quod census et fructus exinde provenientes in tres partes
 equales dividantur, quarum una pars cedat ipsi fabrice, et alie due
 partes fructuum predictorum duabus sororibus meis, viduis silicet
 6 Gæssæ relicte Nicholai et Cristine relicte Beronis, intuitu pietatis
 et elemosine singulis annis, quoad vixerint, tempestive et absque
 fraude assignentur; ipsis vero mortuis volo quod de fructibus ante-
 dictis quatuor marche denar. pro tribus aniversariis infrascriptis in
 choro Lundensi singulis annis tenendis deducantur in hunc modum
 7 dividende: primo videlicet in die aniversarii mei canonicis, qui
 vigiliis et misse interfuerint, marcha denar., vicariis duo ore denar.,
 pauperibus scolaribus duo solidi denar.; sequenti vero die in ani-
 versario patris et matris meorum canonicis, vicariis et scolaribus

^{k)} *L tilfejer:* mea.

tantum similiter ut supra; tertio vero die in aniversario fratris mei 1 Efrardi bone memorie et sororum mearum antedictarum canonicis, vicariis et scolaribus similiter tantum ut supra singulis annis tribuatur. Ceterum ordinacionem et provisionem omnimodam dictorum bonorum et liberam aministracionem discrezioni honorabilis viri domini Benechini canonici Lundensis, quamdui vixerit et in quo- 2 cumque statu fuerit, committo nunc et inantea trado et efficaciter assigno, dansque eciam illi plenam potestatem presentibus literis dicta bona per se ipsum vel per alium eidem fabrice, si necesse fuerit, scotandi et realiter assignandi cum condicionibus omnibus suprascriptis. Post mortem vero dicti domini Benechini prefata 3 bona cum suprascriptis condicionibus sub ordinacione tunc procuratoris fabrice antedictae, quicumque pro tempore fuerit, venire libere teneantur; obtestans et obsecrans universos per viscera misericordie Dei nostri et sub omnipotentis ejusdem Dei vindicta, ne in aliquo hanc meam ultimam voluntatem impedian vel immutent. In cuius 4 rei testimonium sigillum meum et sigilla discretorum virorum dominorum Benechini predicti et Jordani presbiteri, fratris sui. Datum Lundis anno Domini millesimo ccc^o quinquagesimo primo sabbato proximo post diem conversionis sancti Pauli apostoli.

49.

1351 Febr. 14. Cecilia, Ako Raafns Efterleverske.

Orig. paa Perg. [med 3 Segl]. Rigsarkivet (Skaane 6), vistnok fra Lunde Ærkebisps Arkiv. Møller, Fornhandl. rör. Halland S. 73; Rep. 2296.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ego Cecilia, relicta 5 Akonis Raafn, licet corpore debilis, tamen sana mente, considerans nil fore cercius morte, nil incercius hora mortis, de bonis michi a Deo concessis volo, dum valeo, testamentum meum ordinare ordine subsequente: Primo lego ecclesie parochiali mee Kaaryth omnem possessionem meam in Wiwæryth cum una molendina dicta Smør- 6 millæ. Item domino Jone ibidem iij marchas denar. Item ministero ibidem dimidiā marcham denar. Item ecclesie Halmstathæ ij oras denar. Item presbitero ibidem ij oras denar. Item ministero ibidem i oram denar. Item ecclesie Othæthorp ij oras denar. Item presbitero ibidem ij oras denar. Item ministero ibidem i oram 7 denar. Item ecclesie Quistofthæ ij oras denar., presbitero ibidem

1 tantum et ministro oram denar. Item ecclesie Hægby ij oras denar., presbitero ibidem tantum et ministro ibidem i oram denar. Item ecclesie Randersleef ij oras denar., presbitero ibidem tantum et ministro ibidem i oram denar. Item ecclesie Owaghstorp ij oras denar., presbitero ibidem tantum et ministro ibidem i oram denar.
 2 Item ecclesie Skuthmansleef ij oras denar., preshitero ibidem tantum et ministro i oram denar. Item fratribus predictoribus Helsingburgis ij oras denar. Item fratribus minoribus Lundis ij oras denar. Item cuilibet domuum hospitalium in Skania ij oras denar. Item filio meo Skelm i cornu et i anulum aureum. Item filie mee
 3 Cristine i anulum aureum. Item genero meo Jacobo Kanuti i cornu et i anulum aureum. Item filie mee Helene i anulum aureum. Item famulo meo Johanni i equum rubeum et i marcham denar. Item Skaanigh i marcham denar. Item Gerthrudi i marcham denar. Item ancille mee Thoræ ij oras denar. Item Jone Tacchæß dimi-
 4 diam marcham denar. Item Paulo de Wathænsyø i vaccam. Item Cecilie Erik[s]doter i vaccam. Item Styrgæ i vaccam. Item cuilibet de familia mea i oram denar. Ad cuius testamenti exequitio[!]em constituо Skelm Akonis, filium meum predilectum. In rei testimonium sigillum meum una cum sigillis prefati Skelm et Jacobi
 5 Kanuti generi mei presentibus est appensum. Datum anno Domini
 m^occc^o quinquagesimo primo die beati Valentini martyris.

50.

1352 Nov. 4. Petrus Helgonis, kaldet Kanuti, Kannik i Lund og Slesvig.

Orig. paa Perg., nu uden Segl, stærkt medtaget. Lunde Kapitels Arkiv, nu i det svenske Rigsarkiv. Møller, Fornhandl. rör. Halland S. 77. — Afskrift i Lundeboen S. 231; herefter udfyldt ndfr. Rep. 2365. Jfr. Gavebogerne S. 282 f.

6 In nomine Domini, amen. Ego Petrus Helgonis dictus Kanuti, Lundensis et Slesuicensis ecclesiarum canonicus, licet debilis corpore, sanus tamen mente, considerans jugique meditacione pertractans, quod felicissimi sit commercii terrena in celestia et momentania in eterna commutare, memorque illius verbi dulcissimi sal-
 7 vatoris: Date et dabitur vobis, de bonis michi a Deo concessis testamentum meum et ultimam voluntatem deinceps nullatenus

ambulatoriam constituo et ordino in hunc modum: In primis igitur 1
 lego venerabili patri domino meo domino Petro archiepiscopo Lundensi unum balteum argenteum ^acum una mensali^a. Item lego fabrice ecclesie Lundensis, ubi meam eligo sepulturam in sepulcro domini Suenonis ante altare beati Thome martyris ex speciali licencia domini mei archiepiscopi et capituli Lundensis, prout in eorum 2 literis plenius poterit comprobari, ad altare, per me prius dotatum novem curiis, et do unam curiam in Hægbyær in parochia Aresthæ. ^bItem domino Laurencio Karlß prefecto melius cornu, quod habeo. Item omnibus ecclesiis parochialibus Lundis et sodalicio presbiterorum ibidem balteum argenteum, quem habui post mortem 3 avunculi mei. Item ecclesie beati Pauli Lundensis meam sartaginem. Item fratribus predicatoribus dimidiā marcham denariorum. Item fratribus minoribus marcham denar. Item monasterio omnium sanctorum et monasterio sanctimonialium Lundis unam curiam in Norhwithingæ, ut utrobique anniversarium meum cum vigiliis et 4 duabus missis pro defunctis in vigilia apostolorum Petri et Pauli habeatur annuatim. Item domui sancti spiritus et hospitalio ^cleprosorum unam curiam in Knæthæløf, ut et utrobique anniversarium meum ordine et vigilia celebretur supradictis. Item ecclesie Arestha[et]hæ dimidiā marcham denar., vicario [ij oras], ministro 5 oram denar. Item ecclesie Toagær dimidiā marcham denar., presbitero ij [oras], ministro oram denar. Item ecclesie Drænxryth dimidiā marcham, presbitero ij oras, ministro oram denar. Item ecclesie Wathensyo dimidiā marcham denar., presbitero ij oras, ministro oram denar. Item ecclesie Saxthorp dimidiā marcham, 6 presbitero ij [oras, ministro oram] denar. Item ecclesie Humlæth dimidiā marcham, presbitero ij oras, ministro [oram] denar. Item domino decano i cornu. Item domino archidiacono [ij] pund brasii, et fratri suo domino [Cristerno i pund brasii. Item domino cantori i cornu. Item] domino Nicolao Magnusß dimidiā mar- 7 cham denar. Item domino Johanni Rynyng i cornu. Item domino Absoloni dimidiā marcham denar. Item domino Jon Lithlæ i cornu. Item domino Josep Niclaesß i cornu. Item domino Jacobo Niclaesß i cornu cum olla. Item domino Jacobo Jarmer

^a) Overstreget i Orig. ^b) Det følgende lige til S. 112⁵: marcham denar. er overstreget i Orig. ^c) L: hospitalitati.

1 unum cornu cum uno caldario. Item magistro Magno ij utres.
 Item domino Karolo [ij utres]. Item domino Petro Bothulf*ß* i cornu.
 Item magistro Petro optimam amphoram, quam habeo. Item fratri
 Thrygillo ordinis predictorum marcham denar. Item domino
 Esgero cappam cum wardækors et capucio viridis coloris. Item
 2 domino Stenchillo i balteum, quem soleo ipse portare. Item do-
 mino Petro Syalendensi i bathæлага. Item domino Johanni Hacun*ß*
 i manutergium. Item domino Jacobo Pascha i manutergium.
 [Item] Ufoni dyacono i tunicam viridis coloris. Item Haquino
 campaniste i warthækors blavei coloris. Item Cristine Petri Skaft
 3 i molale. Item domine Botildi i peplum^d. Item Cicilie Petri Nag
 i cappam cum capucio blavei coloris. Item domino Michaeli Nag
 i equm. Item domine Ase^e moniali in Byringæ cappam meam
 coralem cum i pund annone. Item Margarete Æbbæs i tunicam
 cum capucio blavei coloris et vij ovibus. Item Agatha[!] Knuts
 4 i warthækors blavei coloris cum graskin^f. Item Petro Baat i tapetam.
 Item Nicolao Benedict*ß* i loricam. Item Andree Pæter*ß* xx marchas
 denar., in quibus michi pater ejusdem Andree tenetur. Item Bene-
 dicte Ranks i pund annone cum ij gestaleлага^g. Item Hinrico
 Dyaen i cellam. Item Guidoni optimum equm, quem habeo,
 5 ^hpanser^h et cum[!] cella mea. Item Bundoni vi sues, i pund ordei
 et i culcedram. Item Johanni Ystath i equm fusciⁱ coloris. Item
 Benedicto i equm nigri^k coloris cum cella. Item Gerlaco tunicam
 cum capucio de borello. Item Mathie cursori ij oras denar. Item
 Benedicte lotrici dimidiam marcham denar.^b Exsequtores autem
 6 hujus testamenti constituo honorabiles viros dominum Jacobum
 Niclaess*ß*, dominum Jacobum Jarmar, concanonicos meos, obsecrans
 eos per misericordiam in Christo, ut hanc voluntatem meam ulti-
 mam ita fideliter exequantur, sicut coram Deo respondere voluerint
 et anime mee saluti neverint expedire. Datum sub sigillo meo una
 7 cum sigillis meorum exequtorum predictorum anno Domini mil-
 lesimo ccc⁰ quinquagesimo secundo dominica prima post festum
 omnium sanctorum.

Paaskrift: Testamentum Petri Helgonis, qui fundavit altare ¹beati Thomæ
Cantuariensis infra chorum¹.

^{a)} *L:* pelvim. ^{e)} *Rettet fra:* Thore; *Lundebogen:* Tore. ^{f)} *L:* grafkin.

^{g)} *L:* gestælagen. ^{h)} *Ordet tilfejet i Randen.* ⁱ⁾ *L:* grisei. ^{k)} *L:* grisii[!].

¹⁾ *Saaledes L;* *Orig.:* etc.

51.

1353 Marts 11. Tucho Thuronis, kaldet Malmøghe, Kannik i Lund.

Orig. paa Perg. [med 4 Segl]. Lunde Kapitels Arkiv, nu i det svenske Rigsarkiv. — Afskr. i Lundeboegen S. 228. Rep. 2373. Jfr. Gavebøgerne S. 59.

In nomine Domini, amen. Cum mortis memoriam fore constat amaram, expedit in eam internos oculos defigere, precipue quia continue imminet nobis animadversio Dei. Hoc ego Tucho Thuronis dictus Malmøgh, canonicus Lundensis, considerans testamentum meum osy[!] Deo creatori meo placabile de bonis michi a Deo concessis conficio in hunc modum: Primo lego fabrice ecclesie 2 beati Laurentii, ubi meam eligo sepulturam, unam marcham argenti. Item domino meo archiepiscopo Lundensi librum, qui dicitur proprietates rerum, et ambulatorem quendam rubei coloris. Item canonicis pro anniversario meo in choro Lundensi annuatim tenendo bona mea in Achathorp^a in parochia Lyby sita, que valent 3 in pensione marcham denar., et unam curiam in Hamerlunda, de qua dantur due marche denar., cum estimacionibus et ceteris ipsorum bonorum adjacencis, tali condicione, quod canonici, qui misse et vigiliis interfuerint, duodecim oras denar. de ipsa pensione percipient, vicarii sex horas, pulsantes in turri unam oram, reliquum 4 inter scolares pauperes et mendicantes dividatur. Item ad altare subtus organa constructum, juxta quod desidero sepeliri, bona mea in Beltinge sita, videlicet duas curias, quarum una valet in pensione tres pund annone et altera unam marcham denar., cum estimacionibus et ipsorum bonorum adjacenciis, hac condicione, quod 5 persona illius altaris, que^b nunc est vel pro tempore fuerit, unam missam in qualibet septimana in remedium anime [mee] faciat celebrari. [Item] domino decano librum, qui dicitur breviloquium pauperis, qui incipit: Flecto genua. Item domino archidiacono dimidium solidum grossorum. Domino cantori extracta de sermonibus Guidonis. Item domino Cristiarno dimidium solidum grossorum. Item domino N. Magnus^s dimidium solidum grossorum. Domino Absoloni unum cornu. Domino Johanni Rynng formularium tectum rubeo coreo. Item magistro Jone Hugucionem et tabulas cum trutinis. Item domino Joseph quaternos papiros,⁷

^{a)} *L:* Akathorp. ^{b)} *Rettet fra:* qui; *L:* qui.

1 quos scripsi in Auinione. Item domino Jacobo Niclisß unam
 amphoram stanneam. Item magistro Magno unum solidum grossorum.
 Domino Jacobo Jarmar coclear argenteum. Domino Achoni
 Absolonis summam Lamberti cum scripto super peram. Domino
 Alberto tractatus cum scripto. Domino Johanni Hinrici Ovidium^c
 2 de arte amandi et alias tres Ovidianos in uno volumine. Item do-
 mino Petro Botulphi Macrum cum lapidareo. Domino Karulo^d
 librum continentem historiam Alexandri Magni. Domino Johanni
 Bunkaflo unam ollam. Item fabrice ecclesie Hulumby iij marchas
 denar. Item persone ecclesie ibidem et suis successoribus in perpe-
 3 tuum quandam terram juxta residenciam sacerdotis sitam, quam
 emi de Thrugoto Haas. Item domino Paulo vicario ibidem mar-
 cham denar., ministro ibidem dimidiā marcham. Fratri Thry-
 gillo priori Lundensi unam marcham argenti. Fratri N. Tuonis
 ij marchas denar. Fratribus conventionalibus ibidem ij marchas
 4 denar. Fratribus minoribus ij marchas denar. Fratri P. lectori
 dimidium solidum grossorum. Pro reparacione claustrī ibidem
 i marcham denar. Item ecclesie beati Pauli carpentum meum,
 quod jacet in pomerio. Domino Esgero ibidem sermones, qui in-
 cipiunt: Ecce, rex tuus venit. Ministro ibidem oram denar. Item
 5 cuilibet ecclesiarum parochialium Lundis oram denar., cuilibet pres-
 biterorum dimidiā oram, ministro x denarios. Item domino An-
 dree militi unum lavacrum quadrupedale, [quod] dedit michi do-
 minus meus archiepiscopus. Item Johanni Ebbasß de Skanør unum
 cornu. Item domino Magno de Fosøghe breviarium meum. Item
 6 domino Fryderico coclear argenteum. Achoni Niclisß in Malmøgh
 i cornu. Domino Paulo Been dietam salutis. Item virginī Cri-
 stine Annadoter fibulam argenteam. Item alteri filie sue Sicilie^e
 vi marchas denar., pro quibus habebit situm racione pigeris, donec
 fuerit redemptum. Item remitto Ascero Unga iij marchas denar.
 7 Item Andree Posæ genero meo equum rubei coloris. Uxori sue
 Cristine vij ulnas blavei Brabanz. Filio suo vaccam. Item P. Hin-
 rici monetario ij amphoras slyndythæ et i cornu. Domino Jone
 Saxthorp parvum ciphum argenteum de factura Parisiensi cum for-
 mulario, quod habui post dominum Matheum, et moles sinapis.
 Item eidem balteum meum argenteum hac condicione, quod pro

c) *L:* Ovidianum. d) *L:* Katulo. e) *L:* Cecilie.

eodem exponat de suo viij solidos grossorum, quorum dimidia pars ¹ inter pauperes distribuatur et pro dimidia parte missas in refrigerium anime mee faciat celebrari. Item Swenoni Saxthorp coclear argenteum. Item sorori sue Cristine fibulam argenteam in forma aquile factam. Item Andree Jacobß in Hulumb^y curiam meam, quam emi de filiis P. Andresß. Uxori sue Botildi viij ulnas blavei ² Brabanz. Item magistro Petro i pond ordei. P. Niclisß ij pond ordei. Uxori sue Cicilie viij ulnas viridis Cortrix. Domino Swenoni Pætersß librum, qui dicitur Ymago mundi. Item Brothero Adamß partem meam in quodam polidro blan[?]ci coloris et i coclear argenteum plicabile. Fratri suo Ottoni unum gladium. Domino Jordano fagifacetum cum palpanista. Domino Alloni librum, qui dicitur Ovidius metamorphoseos [!]. Domino Francisco tunicam meam sufforatam pellibus cum novo capucio^f. Boecio Jacobß i solidum grossorum. Domino Johanni Jonsß tapetum meum et lectisternia, que soleam ferre mecum. Efrardo sartori lavaerum rotunde forme. ⁴ Item Nicholao dyacono in Silanth[?] ^g tunicam meam viridem cum cappa et capucio. Cristine sorori Fatheri Pætersß i annulum. Domino Magno priori monialium i laternam. Domino Johanni Haquini solidum grossorum. Item remitto Marquardo Smyth pecuniam, in qua michi tenetur. Hæin[!]chino coquo dimidium solidum grossorum. Lamberto dimidium solidum grossorum. Mut dimidiā marcham. Rook ij oras. Magistro Johan marcham denar. Uffoni Hat dimidiā marcham. P. Tuchonis scolari meo remitto de summa pecunie, in qua michi tenetur, x marchas et confero sibi doctrinale [et] Grecesmum ^h cum scriptura super illis. Item famulo ⁶ meo Paulo Michaelis partem meam, quam habeo in equo nigro, quem habeo cum Andrea Jacobß, et iij marchas denar. Swenoni Foot ij marchas. Item pauperibus in exequiis meis iiiij marchas denar. Item Johanni Danß solidum sterlingorum. Laduman i par caligarum. Hanak iij solidos sterlingorum. Achoni Barn ij oras ⁷ denar. P. Jaghare ij oras denar. Item ministro cripte ij oras. Hujus autem testamenti et mee ultime voluntatis executores constituo viros providos dominum Jonam Saxthorp, Petrum Hinrici monetarium et Brotherum Adamsß, rogans instantissime propter

^f) I Randen: Paulo Dua partem meam in polidro nigri coloris. Ikke medtaget i L. ^g) Silath. ^h) L: Grecismum.

1 Deum, ut premissa ita fideliter exsequantur, prout anime mee
noverint expedire et in extremo judicio voluerint respondere. Da-
tum sub testimonio sigilli mei una cum sigillis ipsorum exequitorum
predictorum anno Domini m^occc^o quinquagesimo tertio in profesto
beati Gregorii confessoris.

52.

1358 Febr. 23. Johannes Niclison af Quernby.

*Orig. paa Perg. med [3] Segl: 1. Skjold, hvori 3 Ruder palvis. Lunde
Kapitels Arkiv, nu i det svenske Rigsarkiv. Rep. 2547. Jfr. Gavebøgerne S. 72.*

2 In nomine Domini, amen. Ego Johannes Nicliß de Quernby
in Ingylstathahæret, licet corpore debilis, mente tamen sanus,
sciens et considerans, nichil esse cercius morte et nichil incercius
hora mortis, jugi mecum meditacione preamble testamentum meum
do et facio in hunc modum: In primis lego igitur fabrice ecclesie
3 beati Laurencii Lundis, ubi meam eligo sepulturam, omnia et sin-
gula bona mea in Fauraholth in parochia Østrawram in Gærez-
hæret sita cum agris, pratis, silvis, pascuis, piscaturis, estimacioni-
bus, domibus ac aliis suis pertinentiis quibuscumque, humidis et
siccis, nullis exceptis, condicione tali, quod tutor ecclesie, qui nunc
4 est aut qui pro tempore fuerit, duo anniversaria, meum videlicet
et fratriis mei Offonis Nicliß, duobus diebus, obitus videlicet mei
et sui, de dictis bonis in modum, qui sequitur, annuatim in coro
Lundensi cum missis et vigiliis faciat celebrari: primo dabit quo-
libet die dictorum duorum dierum canonicis, qui vigiliis et misse
5 interfuerint, duodecim oras denar., vicariis dimidiā marcham, ad
xij altaria pro xij missis celebrandis dimidiā marcham, pauperibus
ij oras et pulsantibus in turri i oram denar.; residuum vero red-
ditum dictorum bonorum cedat fabrice Lundensis ecclesie supra-
dictæ. Item eclesie omnium sanctorum Lundis ij solidos grossorum.
6 Item monasterio monialium ibidem ij solidos grossorum; conventui
ibidem ij solidos grossorum, ita quod vigilias et missas pro anima
mea faciant celebrari. Item fratribus predictoribus Lundis i solidum
grossorum. Item fratri Matheo i solidum grossorum. Item
fratribus minoribus Lundis unum solidum grossorum. Item domui
7 leprosorum prope Lundis ij solidos grossorum. Leprosis ibidem
ij solidos grossorum. Item eclesie Hooby in Ingylstathahæret dimi-

dium solidum grossorum, presbitero ibidem tantum, ministro ibidem 1 oram denar. Item eclesie Thouælanga^a in Færzhæret iij marchas denar., presbitero ibidem xij oras, ministro ibidem dimidiæ marcham. Item eclesie Lokkæthorp in Ossøghøhæret dimidiæ solidum grossorum, presbitero ibidem ij oras, ministro oram denar. Item pauperibus in die exequiarum mearum iiij marchas denar. Item Petro Eschilß 2 unum cornu; uxori sue Margarete i cornu. Item Westoni Akæß i solidum grossorum; filio suo Benedicto i solidum grossorum. Item Akoni Magnuß i solidum grossorum. Item Uffoni Nicliß in Strøø i curiam in Østrawraam in Gærezhæret, quam [a] Tostone Thuresß pro x marchis denar. redimere debeat. Item Petro Mag- 3 nuß dicto Mø iij solidos grossorum. Item fratri suo Laurencio iij solidos grossorum. Item duobus filiis Haquini Moppæ, videlicet Petro et Laurencio, vi solidos grossorum. Item Tuloni Addæß ij pund siccii ordei; fratri suo Olauo i pund; Arnoni i pund. Item Gerlaco Tuuæß civi Lundensi i solidum grossorum. Item cuidam 4 Botyldi v marchas denar. Item N. Knuthß solidum grossorum. Andreæ Raasz i solidum grossorum. Laurencio Jønisß cognato meo x marchas denar. et unam cistam. Item domino Swenoni presbitero i marcham puri. Item Sægoto Sæguthß famulo meo equum meum griseum, sellam cum freno, omnia arma mea dicta tygh ac omnia 5 et singula utensilia mea, que habeo in Quernby, boskaap vulgariter etiam nuncupata. Item Nicholao Pæterß famulo meo loricam meam, in vulgo panzeer. Item Byærnoni iij marchas denar. Item patri suo Magno marcham denar. Item ad hujus testamenti mei exequacionem omnitudinam juxta meam ultimam voluntatem penitus 6 exequendam ordino et constituo viros discretos Tulanem Swerkeß et dominum Swenonem Thureß, rogans ipsos et exhortans propter misericordiam Jesu Christi, ut hoc testamentum meum et contenta in ipso juxta id, quod noverint Deo esse gratum et anime mee proficuum, fideliter exequantur, prout in summo judicio coram Deo 7 altissimo voluerint respondere. In quorum omnium evidenciam et testimonium sigillum meum una cum sigillis predictorum exequitorum meorum presentibus est appensum. Datum anno Domini millesimo cccl octavo in vigilia beati Mathie apostoli.

^{a)} Rettet fra: Waløso.

53.

1358 Marts 9. Benechinus Henrici af Aas, Kantor i Lund.

*Orig. paa Perg. med [6] Segl: 2. Dekanen Henrik Bokholts (G. Side 5);
4. Jordan Henrici (G. 90). Lunde Kapitels Arkiv, nu i det svenske Rigs-
arkiv. Rep. 2550.*

1 In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ego Benechinus Henrici de Aoos, cantor ecclesie Lundensis, sanus mente et corpore, sedule cogitans, quod, dum corpus sanitatem viget, mens in semet ipsa interior collecta pleniori utitur judicio racionis, quam rationem sepe adeo langor obnubilat, ut non solum temporalium rerum, verum eciam sui ipsius nonnunquam cogat ipsa langoris vehemensia oblivisci, et quia nichil cercius morte, licet sit incerta hora mortis, nolens decedere intestatus, ymo volens saluti anime mee salubriter providere, ne forte, quod absit, dies extrema vite mee inveniat me aut capiat improvisum, testamentum meum conditum et facio, res meas et bona mea michi a Deo concessa per meum presens testamentum et meam ultimam voluntatem dispono, lego et ordino in hunc modum: Primo animam meam commendo infinite misericordie omnipotentis Dei, cum eam de hoc penali corpore providerit educendam. Item lego ad fabricam ecclesie beati Laurencii Lundis, ubi corporis mei eligo sepulturam, decretum meum magnum cum apparatu ordinario et decretales meas cum apparatu ordinario, in quibus textus sexti libri decretalium est inclusus. Item eidem fabrice omnia bona mea in Benstorp sita, mobilia et immobilia, cum estimacione et singulis suis pertinenciis et unam curiam meam Lundis in parrochia beati Magni sitam, condicione tali, quod procuratores ecclesie prediche, qui pro tempore fuerint, quatuor marchas denariorum novorum Scaniensium exinde singulis annis in die aniversarii mei in choro Lundensi tenendi distribuere teneantur in hunc modum, videlicet canonicis, qui vigiliis et missis interfuerint, decem horas denar., vicariis dimidiam marcham, pulsantibus in turri duas horas, presbitero vicario in cripta duas horas, fratribus predictoribus Lundis duas horas, fratribus minoribus ibidem duas horas, infirmis in domo leprosorum prope Lundis pro pitancia dimidiam marcam, pauperibus scolaribus et aliis mendicantibus sex horas; residui vero redditus de dictis bonis provenientes cedere debeant fabrice ecclesie antedictae, prout in literis patentibus,

alias prius inde confectis, plenius continetur. Item do, lego et 1
 scoto ad altare meum noviter constructum in ecclesia Lundensi
 omnia bona mea infrascripta, videlicet duas curias in Fængilsaas,
 unam curiam in Elefstorp et partem curie ibidem, in qua Petrus
 Biergbo residet, unam curiam in Malæryth, unam curiam in Æwer-
 lef, quatuor curias in Horthathorp, unam curiam in Barssæbek,²
 unam curiam in Øndethorp, unam curiam in Gøtherslef northen-
 aa, in qua Nicholaus Petri residet, et dimidiā curiam in Akæ-
 thorp in Gershæret cum omnibus estimacionibus, juribus et perti-
 nenciis dictorum bonorum, videlicet domibus, agris, pratis, pascuis,
 silvis, humidis et siccis, quibuscumque nominibus censeantur, sub 3
 modo et condicionibus infrascriptis, in honorem sancte et individue
 trinitatis, gloriose virginis Marie, beati Eustachii et omnium sanc-
 torum, ita quod in quolibet festo anni de ipso festo missa celebretur,
 quando vero festa non sunt, de infrascriptis sanctis missa vel saltem
 memoria de ipsis, ut infra patet, habeatur, videlicet quod die lune 4
 vicissim de corpore Christi et de angelis, die Martis vicissim de
 sancta trinitate et de sancto spiritu, die Mercurii vicissim de apo-
 stolis et de omnibus sanctis, die Jovis vicissim de sanctis Lauren-
 cio et Eustachio, Blasio, Augustino et Egidio, die Veneris vicissim
 de sancta cruce et pro defunctis, die sabbati vicissim de beata 5
 virgine Maria et de undecim milibus virginum eximiarum, inter-
 posita penultima collecta, scilicet: Presta, quesumus[?], omnipotens
 Deus, ut animam famuli tui sacerdotis etc., pro anima mea in
 perpetuum celebrentur, usu fructu tamen et libera ordinacione
 omnium bonorum supradictorum, quoad vixer, michi omnimode 6
 reservatis, hoc proviso, quod sacerdotem vicarium dictum altare
 officiantem pro suo labore remunerare tenear, prout in aliis altari-
 bus ejusdem ecclesie communiter sit consuetum. Post mortem
 vero meam predictum altare cum bonis omnibus supradictis ad
 structuram seu fabricam ecclesie Lundensis predicte et ejus usum 7
 perpetuo adjacebit, et procuratores fabrice predicte ecclesie, qui pro
 tempore fuerint, domino Johanni Niclæs sacerdoti, quem ad ipsum
 altare officiandum, quoad vixerit, irrefragabiliter instituo, duodecim
 marchas denar. novorum Scaniensium pro suo labore annuatim
 solvere teneantur et predicto altari in ornamentis et aliis necessariis,⁸
 cum opportunum fuerit, providebunt. Ipsa autem domino Johanne
 sublato de medio, prefati fabrice ecclesie procuratores alium sacer-

1 dotem ydoneum ad predictum altare officiandum eligant et assumant,
 cui tantundem pro suo labore annuatim exsolvebunt. Promotores
 autem dotacionis seu erectionis hujus altaris sint participes divine
 bonitatis, contradictores vero et impedientes sint a participacione
 fidelium exclusi, expertes pariter et immunes. Item lego ecclesie
 2 mee Sreplinge in Ossøghæhæret, annexè cantorie mee, unam curiam
 meam in Gøtherslef northenaa, in quam[!] nunc residet Haquinus
 Niclæß, et unam curiam in Røkinghe in parochia Foletoftha et
 unam curiam in ipsa villa Sreplinghe, in qua nunc residet vidua
 nomine Aasæ, cum condicionibus [et] modis in aliis literis, alias super
 3 hoc confectis, plenius expressatis. Item eidem cantorie mee do, trado
 et assigno unam curiam meam in Maklæhamer et unam curiam
 in Bultofthæ, in quam[!] residet Nicholaus Kul, ac eciam omnes
 estimaciones meas, videlicet decem oras ordei et xij modios sili-
 ginis ac quinque marchas denar. novorum Scaniensium, quas de meo
 4 proprio posui in fundis adjacentibus dictæ ecclesie mee Sreplinghe,
 in recompensam cujusdam summe pecunie, quam a fratribus hospi-
 talis sancti spiritus civitatis Lundensis nomine predice cantorie
 mee litigando per justiciam optimi. Item capelle beate Marthe in
 choro aquilonari, predice cantorie annexæ, calicem argenteum, quem
 5 habet. Item domino meo domino Jacobo archiepiscopo Lundensi,
 Swecie primati, unam cratheram argenteam. Item capitulo Lun-
 densi quendam librum, continentem repo[!]rtorium juris, dieta
 Senece, glosam Garsie in uno volumine. Item remitto eis omnia
 debita, que michi ex parte fratris mei, condam domini Johannis
 6 Kannæ canonici Lundensis, debebantur, ut in eorum apertis literis
 appareat. Item capitulo Roskildensi summam Hostiensem vel triginta
 solidos grossorum pro bonis in Sielendia emendis ad aniversarium
 meum singulis annis in choro Roskildensi tenendum secundum
 ordinacionem dominorum archidyaconi et cantoris ibidem. Item
 7 domino Nicholao preposito Lundensi partem lecture Hostiensis
 cum asceribus, ludum skaquorum et unum cornu. Item domino
 decano Henrico annulum aureum, librum de verbis delectabilibus
 beati Bernardi et librum de transsumpcionibus privilegiorum ecclesie
 Lundensis et unum cornu. Item domino Johanni archidyacono
 8 ludum skacorum et unum cornu. Item domino magistro Hem-
 minggo archidyacono Roskildensi annulum aureum. Item domino
 Jacobo Jønesß, militi de Markøyghy, unum lath de serico blavei

coloris et unum cornu. Item domino Abs[ol]oni canonico summam Tancreti. Item domino magistro Jone Lithlæ partem Rosarii super decreto. Item domino Johanni Ryning librum continentem fragmenta de regulis juris et librum legistarum, qui sic incipit: Exactis. Item domino Joseph Niclæsß librum Mandagoti de electione et unum cornu. Item magistro Magno librum continentem plures tractatus, videlicet aureum memoriale sacerdotum, phis[i]jonomiam Ypocratis cum aliis libellis, in una ligatura. Item domino Jacobo Jærmer glosam Petri de Salinis super decreto. Item domino Petro Bo-thulphi unum coclear argenteum dictum foldæsketh cum vagina de coreo et unum cornu. Item domino Johanni Bunkæflo librum sacramentorum metrice compilatum, librum alegoricum super Theodolum et partem libri sentenciarum in una ligatura et Ricardum de vilitate condicionis humane. Item domino Paulo librum institutionum glosatum cum aliis septem summis in uno volumine. Item domino Holmstano librum de concordanciis, rubricarium in legibus et librum de penitencia. Item domino Heynoni librum, videlicet Innocencium de vilitate condicionis humane. Item ecclesie omnium sanctorum prope Lundis librum de antiquis statutis sanctorum patrum. Domino Benedicto abbati ibidem quendam spissum librum sermonum, qui sic incipit: In fide et lenitate. Fratribus conventionalibus ibidem marcham denar. ad pitanciam. Item fratribus predicatoribus Lundis dimidiæ lestam anno[n]e. Item fratribus minoribus ibidem dimidiæ lestam annone. Item ad fabricam ecclesie eorum duas marchas denar. Item fratri Nicholao Holmbo gardiano ibidem solidum grossorum et librum enkiridion beati Augustini. Item conventui sanctimonialium Lundis die sepulture mee lagenam trafnisie. Item ecclesie beati Pauli ibidem marcham denar., item presbitero ibidem solidum grossorum et ministro ij oras. Item ecclesie beati Clementis ibidem dimidiæ marcham denar. Item domino Alloni presbitero, rectori ejusdem, librum legum terre Scanie cum skraa in Danico et plures libros in uno volumine, videlicet Albertanum de doctrina dicendi et tacendi, librum consolacionis et co[n]silii et de dilectione Dei et proximi et partem moralium Gregorii super Job, et unum cornu. Item dyacono ibidem oram denar. Item ecclesie beati Thome dimidiæ marcham denar., domino Andree presbitero ibidem unum coclear argenteum, dyacono ij oras. Item infirmis in hospitali leprosorum prope Lundis mar-

1 cham denar. Item cripte ecclesie mee parrochiali[s] ij marchas
 denar. et librum continentem hystorias de corpore Christi et de
 sancta Anna cum notis; presbitero, vicario ibidem, ij solidos gros-
 sorum et ministro ibidem dimidiā marcham denar. Item cuilibet
 alii ecclesie parrochiali civitatis Lundensis preter jam nominatas
 2 duas oras denar., presbitero i oram, dyacono dimidiā oram. Item
 ecclesie beati Nicholai in Aoos duas marchas denar., presbitero, vi-
 cario ibidem, ij oras, dyacono oram. Item fratribus predictoribus
 ibidem i marcham. Item hospitali leprosorum ibidem dimidiā
 marcham. Item fratribus predictoribus in Helsingburghi marcham
 3 denar. Item fratribus minoribus in Ystath marcham. Item fratri-
 bus minoribus in Thræleburgh marcham. Item ad fabricam ecclesie
 mee in Kætilstorp iij marchas denar. Item domino Magno, vicario
 meo ibidem, marcham, dyacono ij oras et pauperibus illius parro-
 chie marcham. Item ecclesie mee **Brusæthorp** marcham denar.,
 4 presbitero, vicario ibidem, dimidiā marcham, dyacono ibidem oram
 et pauperibus ibidem marcham. Item ecclesie Barkakra dimidiā
 marcham, presbitero ibidem dimidiā marcham et dyacono oram.
 Item ecclesie Horthathorp dimidiā marcham, vicario ibidem ij oras
 et dyacono oram. Item ecclesie Barssæbek ij oras, presbitero tan-
 5 tum, dyacono oram. Item ecclesie Gøtherslef ij oras, presbitero
 tantum et dyacono oram. Item ecclesie Flætøghy dimidiā mar-
 cham, presbitero ij oras, dyacono oram. Item ecclesie Foletoftha
 ij oras, domino Hennichino presbitero ibidem tunicam et capucium
 et coclear argenteum. Item matri ejus solidum grossorum. Item
 6 fratri ejus domino Andree dimidiū solidum grossorum et ejus
 sorori dimidiū solidum grossorum. Item domine Ellene relicte
 Johannis Ubbeß ij pund bre[!]sei et annulum aureum. Item do-
 mine Thyræ Albrezdotter annulum aureum. Item domine Mar-
 garete Strangisdotter coclear argenteum et unum pund brasei. Item
 7 Johanne Kætisdotter unum par bursarum de serico et coclear ar-
 genteum. Item magistro Petro scolastico Lundensi Ovidium de
 vetula. Item ad scolas Lundenses librum cantus, continentem
 discantus et tripleta in bona litera cum literis capitalibus deauratis,
 et librum Alexandri Necam de utensilibus cum aliis quatuor a[u]ctori-
 8 bus. Item domino Jordano presbitero, fratri meo, breviarium meum
 et librum sermonum cum viridi coopertorio, qui sic incipit: Exe-
 quitis inspirante Domino, et cratheram argenteam intus deauratam.

Item domino Johanni sacriste librum continentem speculum misse 1 et breviloquium de virtutibus antiquorum philosophorum. Item domino Swenoni Petri librum ethicorum et librum de anima. Item domino Phatero presbitero ecclesie beati Petri minoris Lundis dimidium solidum grossorum. Item domino Matheo Sivikini textum Clementinarum. Item domino Akoni presbitero in Eskils-torp librum de ecclesiasticis institutionibus et diversis penitentiis[?] et omeliam Origenis super cantica et incipit sic: In primitiva, et unum cultellum cum preparamento argenteo. Item domino Henrico presbitero, cappellano meo, librum de declamatione passionis Christi. Item domino Johanni Niclæss presbitero antedicto, vicario 3 meo, sermones Guidonis et librum papireum de sermonibus per me reportatum Parisius. Item domino Johanni Hennichini presbitero ecclesie Herwithstatha, clero meo, summam de officio tabellionatus, summam Reymundi metrice, librum continentem summam Egidii et summam causarum, qui sic incipit: Ut nos 4 minores, et summam de actore et reo in uno volumine, decretum abbreviatum et aliud decretum magis abbreviatum, librum papireum de extravagantibus Johannis pape et alias sex libros papireos, continentes reportationes[!] super jure canonico, omnes projectus, regesta et notabilia, que olim Parisius et alibi collegi, et summam de 5 officio advocationis, item balteum meum argenteum de coreo rubeo. Item Petro Cristierns scolasticam hystoriam. Item Hennichino Niclæss de Aos Lucidarium, librum versuum cum yrsicco cooperatorio pergameni et unam magnam rotulam, continentem abbreviationem biblie, et dimidium solidum grossorum. Item Elaou scolastico ibidem massam compoti cum aliis declaracionibus tabularum et scriptum super computum manualem et algorismum. Item Jacobo ejus scolari residuos libros meos. Item magistro Petro de Flandria coclear argenteum. Item Johanni Clementis carpentario xiiij oras denar., in quibus michi tenetur, et dimidium pund 7 annone. Item ejus fratri Nicholao dimidium pund siliginis, in quo michi tenebatur, et dimidium pund ordei. Item Gerthrudi, relicte Arløs, coclear argenteum et unum pund brasei. Item sorori sue Walburgi i pund brasei et ejus filie Ingerdi anulum deauratum. Item Laurencio Jønes marcham argenti et ejus sorori Walburgi 8 Jønesdotter annulum, in quo ymago beate virginis, et duos solidos grossorum. Item Matheo Petri de Gyorthesnæs unam equam. Item

1 Cristine Phylippisdotter unum coclear argenteum. Item Hilleke
 Jønesdotter in Malmoy omnia debita, in quibus ipsa et maritus
 ejus michi tenebantur, et unam capam duplicatam. Item Nicholao
 Other xiiij oras denar., in quibus michi tenetur, et ejus uxori unum
 pund annone. Item Petro Gulbrandß i pund ordei et ejus uxori
 2 unum pund brasei. Item Petro Oleffß famulo meo unam equam
 cum pullo et ij pund annone. Item Tukoni famulo meo capam
 meam blaveam cum capucio et iij pund annone. Item Laurencio
 Mikilß equam cum pullo et iij pund annone. Item Hyncekino
 puer meo decem marchas denar., dimidiam lestam annone et
 3 unam cistam cum uno pare vestimentorum, dictorum rithklathæ.
 Item Andree braxatori meo unum pund annone. Item Nicholao
 Thorn equam, duas marchas denar. et ij pund annone. Item
 pauperibus mendicantibus Lundis sex marchas denar. Item Botildi
 lotrici et ejus matri duo pund annone. Item Somer unam tuni-
 4 cam. Exequatores autem hujusmodi testamenti et ultime voluntatis
 mee, quam irrevocabiliter, etiam si aliud testamentum in posterum
 facere me contigerit, quamvis de isto non fecerit aliquam men-
 tionem, in suo robore modis omnibus volo perdurare, nisi premori-
 antur aliqui legatarii in hoc jam confecto testamento, constituo et
 5 ordino venerabiles viros, dominos videlicet Henricum Bokholth de-
 canum, Petrum Botulphi, canonicos Lundenses, Jordanum fratrem
 meum, Allonem et Johannem Hennichini, presbiteros antedictos,
 ecclesiarum beati Clementis Lundis, Horthathorp et Herwitstatha
 rectores, rogans eos et supplicans devote propter omnipotentem
 6 Deum, ut in exequione et solucione hujusmodi testamenti mei et
 ultime voluntatis benivolos se exhibeant et efficaciter intromittant,
 premium et mercedem a summo judice Deo recepturi. In cuius
 facti evidenciam et cautelam firmorem sigillum meum et sigilla
 exequitorum predictorum presentibus sunt appensa. Actum et datum
 7 Lundis anno Domini millesimo tris[!]centesimo quinquagesimo
 octavo feria sexta proxima ante diem beati Gregorii pape et
 confessoris.

54.

1359 Dec. 12. Petrus Nicholai, Scholasticus i Lund.

Orig. paa Perg. [med 3 Segl]. Lunde Kapitels Arkiv, nu i det svenske Rigsarkiv. — Afskrift i Lundeboegen S. 227. Rep. 2581.

In nomine Domini, amen. Quoniam proficientium ad Deum 1
mencium est, ipsum in donis suis honorare et de substancia sua
amicos sibi facere juxta illud: Facite vobis amicos de mammona
iniquitatis et diviciis, proinde ego Petrus Nicholai scolasticus
Lundensis, licet indignus, testamentum meum et ultimam vo-
luntatem ordino in hunc modum: In primis igitur lego venerabili 2
patri domino meo domino Jacobo, archiepiscopo Lundensi Sue-
cieque primati, ^aunum volumen^a, in quo ^aprimo continentur mi-
rabilia Indie, consequenter gesta Alexandri^a prosaica ^aet ultimo
gesta Apolonii prosaica^a. Item scoto ad altare sancti sepulcri in
ecclesia Lundensi dimidietatem taberne, valentis in annuo censu 3
tres marchas denar. cum dimidia, ab Everardo sartore, dictam
tabernam justo hereditatis titulo post mortem magistri Hinrici
murarii assecuto, per me pro prompta pecunia ejusdem altaris
coemptam. Item lego, scoto et dono donacione perpetuo duratura
dimidietatem ejusdem taberne cum suis pertinenciis ad anniver- 4
sarium meum in choro Lundensi singulis annis celebrandum, ita
quod de dimidietate pensionis ejusdem taberne, videlicet quatuor-
decim oris, canonicas in choro presentibus una marcha denar.,
vicariis ij ore denar., pauperibus scolaribus iij ore et pulsantibus
in turri una ora cedant quovis anno. Item fratribus minoribus 5
Lundis, apud quos eligo sep[eliri, libros, quos habent^b]. ^cItem
domino gardiano ibidem ^aij solidos grossorum^a. Item domino Jo-
hanni Øndari ^adicticas meas cum stilo argenteo. Item fratribus
predicotoribus Lundis dimidium talentum^a ordei. Item domui le-
prosorum ^ai serofam^a. Item domui hospitalis ^aLundis ij oras^a^c 6
denar. Item ecclesie beati Martini ^aLundis dimidiā marcham
denar., presbitero ibidem i marcham denar., ministro ij oras^a^c.
Item magistro Magno ^ai lavatorium ^aet i molam, que dicitur krok-
qwærn,^d et i pelvim^a. Item ^adomino Nicholao Posæ i sedile com-

^{a)} Overstreget i Orig.; saaledes ogsaa i det følgende, hvor dette Notebogstav findes. ^{b)} Et Hul i Orig., udfyldt efter Lundeboegen. ^{c)} Fattes L. ^{d)} Fattes L.

1 plicabile et i coclear argenteum^a. Item ^amagistro Nicholao
 Hæminggi i volumen papireum, quod sepe sibi concesseram, et
 duos utres. Item domine Botildi Hænekis i solidum grossorum.
 Item fratri Haraldo i ollam^{ae}. Item scolis Lundensibus ^aGrecismum
 glosatum, michi pro ij solidis grossorum inpingneratum, ita quod
 2 tutores ecclesie proprietatem ejusdem libri dictis scolis acquirant
 de heredibus cuiusdam Føltekini quondam monetarii Ottonensis,
 cum ij aliis parvis voluminibus actorum^a. Item ^aPetro Simonis
 i tapetum de Irsk. Item Yvaro terciam partem decreti et amforam
 meam majorem^a. Item domino [Gunn^g]aro laternam meam et
 3 i candelabrum cupreum^a. Item ^aLaurencio Egæ melius manutergium
 meum. Item Regwald[o i cornu^h]. Item filio Megnekini tutoris
 i cornu^a. Item Margarete consanguinee mee ^avaccamⁱ rubeam,
 capam meam cum tribus ovibus^a. Item ^aJohanni famulo meo
 i talentum ordei, unum caner^{ka}. Item ^aJohanni Jutæ quondam
 4 famulo meo i amforam et i corpus agninium salsatum^a. Item
^aMatheo puero meo rubeam tunicam meam et lintheamen^a. Item
 Jacobo quondam famulo meo i talentum braseif^f. Executores autem
 hujus testamenti ordino michi viros in Deo dilectos dominos magi-
 strum Magnum et Nicholaum Posæ supradictos, obsecrans eos sin-
 5 ceriter et devote, ut hoc ipsum testamentum fideliter prosequantur
 coram Deo. Datum anno Domini m^occc⁰l⁰ nono in profesto beate
 Lucie virginis sub sigillo meo et sigillis executorum premissorum.

55.

1360 Nov. 12. *Kanutus Jønsson.*

*Tabt Orig. i Aarhus Kapitels Arkiv. Afskrift i Aarhusbogen Bl. 87.
SRD. VI, 500.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego Kanutus
 Jønss^b, licet corpore debilis, mente tamen sanus, attendens illud
 6 sacre scripture: Vigilate, quia nescitis diem neque horam, volo enim
 de bonis michi a Deo concessis anime mee salubriter providere,
 meum per modum, qui sequitur, facio testamentum: Primo lego
 ecclesie sancti Clementis Arusius^a, ubi eligo sepulturam meam, ca-

e) *Fattes L.* f) *Fattes L.* g) *Et Hul i Orig.* h) *Ligeledes.* i) *vac-
cam er i Orig. tilføjet i Randen, strengt taget for: mee.* k) *Der kan ogsaa
læses: cauer el. taner.*

^{a)} *Afskr.: Arusi^b.*

ballum meum cum armis meis. Item pro anniversario meo ibidem 1 tenendo unam curiam in Litlæfullen, valentem annuatim duas oras annone. Item cuilibet ecclesie Arusius^b i solidum grossorum. Item ecclesie Mordslet marcham argenti. Item cuilibet ecclesie in Ningheret i solidum annone. Item ecclesie Thweth dimidiām marcham annone. Item dilecto domino episcopo ij annulos aureos. Item 2 domino archidiacono Arusiensi balteum argenteum, quem michi dedit dominus meus episcopus. Item domine Elene, sorori domini episcopi, i balteum argenteum. Item domino Thome Jænsß i polidrum. Item domino Jacobo i polidrum. Item Petro Sesteth i polidrum. Item Petro Nielsß solvo et lego i polidrum fusci coloris et 3 i rubei coloris. Item dilecto fratri meo Erico equum, quem de me habet. Item Kanuto Erikß quinque marchas argenti in bonis, que michi impigneravit, cum lorica mea. Item Paagh clipeum meum et fratri pilleum meum. Item Cristine Knutzdæ[!]tter marcham argenti^c Datum anno Domini mccc sexagesimo crastino ⁴ beati Martini episcopi.

56.

1360 Nov. 22. *Nicholaus kaldet Posæ, Kannik i Lund.*

Orig. paa Perg. [med 3 Segl]. Lunde Kapitels Arkiv, nu i det svenske Rigsarkiv. — Afskrift i Lundeboen S. 223 med Overskrift: Testamentum domini N. Pose canonici super una curia in Keylinge pro anniversario suo; hoc testamentum etiam in multis deplanatum est. Rep. 2615. Jfr. Gavebøgerne S. 307.

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Quia variis 5 et inexcoigitabiles sunt humane fragilitatis eventus, nec quisquam scire poterit nisi divinitus inspiratus, quo die vel tempore diem suum claudat extremum, sapientis est, dum tempus habet, novissima previdere. Idecirco ego Nicholaus dictus Posæ, canonicus Lundensis, sanus et incolumis mente et corpore, volens ipsum diem mortis 6 mee, quantum michi a Deo conceditur, misericordie operibus prevenire, testamentum meum ordino in hunc modum: In primis lego ecclesie beati Laurencii Lundis, ubi meam eligo sepulturam, unum peel et duo turribula, domino Jacobo Jærmer tutori ejusdem in

^{b)} *Afskr.*: Arusi⁹. ^{c)} *Her afbrydes Afskriften med:* etc. ut in eodem testamento.

1 presencia domini mei archiepiscopi per me assignata. Item domino
 meo karissimo domino Nicholao archiepiscopo ^acingulum meum
 argenteum^a. Item capitulo Lundensi pro anniversario meo in
 choro Lundensi annuatim tenendo omnia bona mea mobilia et
 immobilia in Kæylinge sita in parrochia Baarstorp in Ossyghe
 2 hæret, que de Martino Pætersø quondam villano in Malmøghe com-
 paravi, in quibus Petrus Skegge residet, cum estimacionibus, vide-
 licet ora annone et ^biij solidis grossorum^b, ita videlicet, quod red-
 ditus de dictis bonis proveni[en]tes in tres partes dividentur, quarum
 unam habebunt canonici, qui vigiliis et misse interfuerint, secundam
 3 partem vicarii et pauperes equaliter, de qua [pulsantibus] in turri una
 ora denar. deducatur; tercia vero pars ipsorum reddituum erogetur
 ipso die pro missis ad altaria celebrandis. ^cItem ^dMagno dechano
 coclear argenteum; domino Petro Jønesø coclear argenteum^d. Item
 domino Swenoni Saxstorp epistolas Pauli, quas michi dominus Ja-
 4 cobus, pie recordacionis quondam archiepiscopus Lundensis, legavit.
 Item ecclec[!]ie mee parochiali marcham denar.^e Item domino ^fErico
 presbitero ibidem coopertorium, quod dicitur thækene, de pellibus^f;
 ministro ibidem quatuor solidos denar. Item cuilibet plebano Lun-
 dis oram denar. Item fratribus predictoribus ibidem ^gdimidiam
 5 marcham denar.^g, fratribus minoribus tantum. Item conventui
 omnium sanctorum prope Lundis dimidiam marcham. ^hCuilibet
 presbitero^h oram denar. Item ecclesie majori beate virginis Lundis
 oram denar. Item minori ecclesie beate Marie ibidem ij oras
 denar. Item conventui sanctimonialium Lundis xij oras denar.
 6 Domine Margarete Niclesdoter ij oras denar. ⁱItem domine Marg-
 arete Pætersdoterⁱ capam meam coralem. Item conventui monialium
 in Byrthinge marcham denar. Item^k fabrice ecclesie Bosø mar-
 cham denar. Item conventui ibidem tantum, sodalicio sancti se-

a) Understreget i Orig. b) Saaledes i Randen med anden Haand, medens
 der i Texten staar underprikket: duabus marchis denariorum. c) I Stedet
 for alt det følgende lige til S. 129¹: dimidiam [marcham?] har Lundebogen blot:
 post alia. Det meste af dette Stykke er understreget i Orig. d) Skrevet over
 Rasur med anden Haand; understreget. e) Her udenfor i Randen har staat
 noget, der etter er udraderet. f) Skrevet over Rasur med den anden Haand.
 g) Tilføjet i Randen med den anden Haand i Stedet for nogle i Texten ud-
 raderede Ord. h) Skrevet over Rasur med den anden Haand. i) Overstreget
 i Orig.; de to sidste Ord er skrevet over Rasur med den anden Haand.
 k) Herefter en Rasur paa ^{1/4} Linie.

pulchri oram, sodalicio sancti Laurencii tantum. Item hospitali 1
leprosorum Lundis dimidiā [marcham?]¹. Item ecclesie mee
Hææklinge ^msuperpellicium meum melius^m. Item persone ejusdem,
qui pro tempore fuerit canonice admissus, dimidietatem domorum
in residencia sacerdotis ibidem, prout in placito justiciario ibidem
personaliter in manus tutorum sanus et incolumis scotavi, tali con- 2
dicionē, quod presbiter ibidem in crastino beati Olaui unam missam
annuatim pro me celebrabit et ministro ibidem ipso die pro pulsatione
dabit solidum denar. ⁿItem Haubarth ministro ibidem vi modios
annone, pauperibus infra parochiam i pond ordei. Item domino 3
Andree in Rytherum syndra cingulum meum cotidianum. Item
ecclesie Saxulthorp Rumæ ^ooram denar., ecclesie Skræplinge
^poram denar. Item Tuchoni Paulß capam meam cotidianam, sel-
lam cum freno et duas marchas denar. Item Jacobo Paulß brevi-
arium meum, capam meliorem et duas marchas denar.^p Item 4
Petro Paulß cistam, tunicam et duas marchas denar. ^qItem Petro
Gregorii unum pond annone^r. Johanni Posæ culcedram majorem
et minorem, duo lintheamina ^s meliora^t. Item Johanni Øghiarß ^ttuni-
cam cum capucio de albo panno^t. Uxori Thome in Nybøle v modios
annone. Tukoni Thomesß coopertorium^u. ^vCristine filie Petri
Kryp sistam in summo choro stantem parvam^v. Exequatores hujus 5
[testamenti] constituo viros discretos dominos^x Swenonem Saxstorp
canonicum et Petrum Jønsß^y, supplicans eis humiliter propter Deum,
ut meam in premissis perficiant voluntatem, sicut anime mee
noverint expedire. Datum sub sigillo meo una cum sigillis ex-
equorum meorum predictorum anno Domini millesimo ccc^o lx.^z die 6
beate Cecilie virginis et martiris.

¹⁾ Rasur i Orig. ^{m)} Understreget i Orig.; herefter en Rasur paa $\frac{1}{6}$ Linie.
ⁿ⁾ I Stedet for alt det følgende lige til Aarstallet staar i Lundeboget kun:
etc. ^{o)} Understreget i Orig. ^{p)} Ligeledes. ^{q)} Ligeledes. ^{r)} Herefter Rasur
paa $\frac{1}{4}$ Linie. ^{s)} Herefter en lille Rasur. ^{t)} Understreget. ^{u)} Herefter
Rasur paa 2 Linier. ^{v)} Skrevet i Randen med den anden Haand, uden at
man ret kan se, hvor det skal indføjes. ^{x)} Herefter en lille Rasur. ^{y)} Lige-
ledes. ^{z)} Herefter er et enkelt Ord udraderet.

57.

1360 Dec. 5. Nicolaus Frendonis, Præst.

Tabt Orig. i Lunde Kapitels Arkiv. Afskrift i Lundebogen S. 196 med Overskrift: De anniversario Nicolai Frendonis, tenendo per personam altaris Gudmundi Lucie de curia in Arsyø. Rep. 2618. Jfr. Gavebøgerne S. 315.

1 In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ego Nicolaus Fren-
donis sacerdos, considerans presentis status fragilitatem, et quia
statutum est hominibus semel mori, et quod secundum apostolum
non habemus hic manentem mansionem, volo, dum valeo, de bonis
michi a Deo concessis testamentum meum in hunc modum ordi-
2 nare: In primis lego unam curiam in Arsyø sitam, pensantem
quatuor marchas annuatim, ad altare meum in ecclesia beati Lau-
rencii tali ratione, quod due marche cedant persone altaris et due
marce quolibet anno pro anniversario meo in choro Lundensi
tenendo taliter dividende: primo dabuntur canonicas decem ore,
3 vicariis due ore, scolaribus due ore et aliis mendicantibus due ore.
Item domino archiepiscopo unum coclear argenteum. Ad criptam
dimidiam marcam denariorum, sacerdoti ibidem unum librum ser-
monum in rubeo coopertorio, ministro ibidem oram denar. Item
domino Michaeli de Nøbele unum missale, quod habui de domino
4 Jacobo priore monialium. Item domino Johanni Niclesß biblam
meam cum condicione tali, quod xi marcas denar. ad necessitatem
mearum exsequiarum erogabit. Item Laurencio unum pulvinar.
Item Petro Symonis unam ollam. Item fratri Johanni Yndersß
5 unum librum sermonum, qui incipit: Nunc propinquior est nostra
salus. Item Esberno unam latulam cum pellicio. Item famulo meo
Boecio unam blaviam tunicam. Item famulo meo^a ij oras. Item
alii[!] puero duas oras. Item mendicantibus marcham denar. Exse-
6 quatores vero hujus testamenti viros honestos constituo, scilicet do-
minus Suenonem sacristam^b, ut et ipsi ista fideliter exsequantur,
prout coram summo judice voluerint respondere. Datum Lundis
sub sigillo meo una cum sigillis meorum exsequitorum, anno Domini
m ccc ix. in profesto beati Nicolai confessoris gloriosi.

^{a)} Her synes noget oversprunget i Afskriften. ^{b)} Ogsaa her er noget over-
sprunget.

58.

1361 Marts 15. Johannes Stighsøn, Ærkedegn i Lund.

Orig. paa Perg. [med 4 Segl]. Lunde Kapitels Arkiv, nu i det svenske Rigsarkiv. — Afskrift i Lundebogen S. 236. Rep. 2635. Jfr. Gavebøgerne S. 62f.

In nomine Domini, amen. Ego Johannes Stighsøn archidiyaconus Lundensis, licet corpore debilis, mente tamen sanus, jugi meditacione digesta et pervigili cura res[!]ensita didiceram experientia perdocente in humana condicione nichil esse, quod perpetuo stare possit, sed de esse necessario fit non esse, quia corrupcio nature corrupcio cuiuslibet est persone; quo circa diem mortis mee summo cautele studio prevenire cupiens et animam meam piis et virtuosis operibus adornare, de bonis, rebus et possessionibus michi a Deo temporaliter concessis testamentum meum et ultimam voluntatem meam sub modo et forma, qui sequitur, ordino et dispono, et volo, ut hec presens faccio vim et vigorem habeat perfecti testamenti, eciam si aliud facere me contingat, cum voluntas hominis est deambulatoria usque ad supremum vite eventum. Lego igitur primo fabrice ecclesie sancti Laurencii Lundis, in qua meam eligo sepulturam juxta altare, quod pater meus construxit et dotavit, unam curiam in Elefstorp, quam habui de Johanne Folkæs. Item lego ecclesie predicte beati Laurencii pro anniversario meo annuatim in choro ejusdem ecclesie celebrando unam curiam in Almær cum pertinenciis omnibus mobilibus et immobilibus, valentem annuatim in redditibus vij pund cum iij modiis ordei, ita quod canonici, qui vigiliis et missis interfuerint, levent dimidietatem dictorum reddituum inter ipsos dividendam, vicarii medium partem relique dimidietatis, de qua deducantur ij ore denar. pro pulsantibus in turri, pauperes vero scolares et alii mendicantes reliquam dimidietatem equaliter levabunt. Deinde reverendo domino domino electo Lundensi Nicholao Jønesøn ciphum argenteum et unum cornu melius, quod habeo. Domino preposito Lundensi i cornu. Domino Henrico Bokholt decano i cornu, annulum aureum et librum canonis, quem habet. Domino Johanni Ryning cantori i cornu. Domino Josep Niclisøn i cornu. Domino Jacobo Jærmer i cornu. Magistro Magno i marcham puri et vestes chorales. Domino P. Botulphi i cornu. Domino Johanni Bunkaflo i cornu. Domino N. Pusæ

1 i cornu. Domino Hyenoni i cornu et unum hors. Magistro N.
 Knutß i cornu et unum stothhors cum pullo. Domino Jacobo
 Absalonis i cornu et coclear argenteum. Domino N. Erlandß
 i cornu. Domino Erico i cornu. Monasterio Heriuadensi iij marchas denar. Monasterio Aas in Hallandia iij marchas denar. Mo-
 2 nasterio omnium sanctorum Lundis iij marchas denar. Monasterio Øith iij marchas denar. Monasterio Tummathorp iij marchas denar.
 Monasterio Bækiascogh iij marchas denar. Monasterio Dalby iij marchas denar. Monasterio Byrthinge iij marchas denar. Monasterio monialium beati Petri Lundis iij marchas denar. Hospitali sancti
 3 spiritus ibidem iij marchas denar. Hospitali leprosorum inibi iij marchas denar. Hospitali leprosorum in Tumathorp iij marchas denar.
 Hospitali leprosorum Aosie marcham denar. *Item ecclesie parro-
 chiali in Yialøsæ iij marchas, presbitero ibidem i marcham, minis-
 tro dimidiām marcham^a. Ecclesie Stanby^b dimidiām marcham,
 4 presbitero ij oras, ministro oram. Ecclesie Flykinge dimidiām
 marcham, presbitero ij oras, ministro oram. Ecclesie Garthstangæ
 dimidiām marcham, presbitero ij oras, ministro oram. Ecclesie Hulumby dimidiām marcham, presbitero ij oras, ministro oram.
 Ecclesie Hamerlundæ dimidiām marcām, presbitero ij oras, ministro
 5 oram. Ecclesie Asum in Gærishæret iij marchas denar., presbitero
 i marcham, ministro dimidiām marcham. Ecclesie Skypærsløf
 dimidiām marcham, presbitero ij oras, ministro oram. Ecclesie Køpinge dimidiām marcham, presbitero [ij oras^c], ministro oram.
 Ecclesie Røthinge dimidiām marcham, presbitero ij oras, ministro
 6 oram. Ecclesie Asum in Færshæret dimidiām marcham denar.,
 presbytero ij oras, ministro oram. Ecclesie Skypathorp dimidiām
 marcham, presbitero ij oras, ministro oram. Ecclesie Øthalef dimi-
 diām marcham, presbitero ij oras, ministro oram. Ecclesie Geeslef
 dimidiām marcham, presbitero ij oras, ministro oram. ^dEcclesie
 7 Rængæ dimidiām^d marcham, presbitero ij oras, ministro oram.
 Ecclesie Hylløghe dimidiām marcham, presbitero ij oras, ministro
 oram. Ecclesie Hæddinge marcham denar., presbitero dimidiām
 marcham, ministro ij oras. Ecclesie Gøterslef dimidiām marcham,
 presbitero ij oras, ministro oram. Ecclesie Toftæ dimidiām mar-

^{a)} Overstreget i Orig. ^{b)} Lundebogen: Stangby. ^{c)} Et Hul i Orig., udl-
fyldt efter L. ^{d)} Understreget i Orig.

cham, presbitero ij oras, ministro oram. Ecclesie Billebiarghæ 1 dimidiā marcham, ministro oram, presbitero ibidem ij oras. Ecclesie Wraam dimidiā marcham, presbitero ij oras, ministro oram. Ecclesie Brunby ij marchas denar., ministro ibidem dimidiā marcham. Ecclesie Jonstorp dimidiā marcham, presbitero ij oras, ministro oram. Ecclesie Hathasaas dimidiā marcham, presbitero 2 ij oras, ministro oram. Ecclesie mee parochiali sancti Botulphi Lundis v marchas denar. Domino Johanni presbitero ibidem i par vestimentorum viridis coloris cum sufforatura de variis pellibus et breviarium majorem; ministro marcham denar.^e Ecclesie majori beate virginis marcham denar., presbitero ibidem dimidiā mar- 3 cham, ministro ij oras. Omnibus aliis ecclesiis Lundensis civitatis preter jam nominatas cuilibet dimidiā marcham. Cuilibet presbitero dictarum ecclesiarum ij oras, ministris cuilibet oram. Fratribus predictoribus Lundis iij marchas. Minoribus tantum. Fratribus predictoribus in Aoos ij marchas denar. Fratribus predictoribus in Hælsingburgh ij marchas denar. Fratribus minoribus in Ystath ij marchas denar. Fratribus minoribus in Thraellæburgh ij marchas denar. Domine Rykezæ ^fambulatorem cum ^f annulo aureo. Filio suo Stigoto omnes libros meos preter istos, qui habentur in testamento. P. Eskilß i cornu, uxori sue annulum aureum.⁵ Skelmero Akæß i cornu. Uxori Ingimari Karlß annulum aureum. Jacobo Hafræ i cornu, uxori sue domine Margarete i annulum aureum. Laurencio Andrisß cornu, uxori sue i ^gmarcham puris. Famulis meis, videlicet Thugoto[!] Thruutß i ^hpolidrum^h, Joseph Erlandß clero meo polidrum cum breviariorum minori, Gøthmaro ⁶ polidrum, Johanni Thørbernß polidrum, ⁱJohanni polidrum vel xx marchas denar.ⁱ, N. Akaß x marchas denar. Nissæ sartori x marchas. P. Skanung viij marchas denar. ^ket vestes, in quibus consuevi equitare. ^lGything viij marchas denar. P. Eskilß coquo meo x marchas denar.^k Puer meo Michaeli x marchas denar. ^met ⁷ equum, quem emi de domino Jacobo Absalonß^m. Puer meo Mynst x marchas. Øndaro vi marchas denar. Henrico vi marchas denar. ⁿHyldeburgi ij marchas denar.ⁿ Ad omnia ista solvenda

e) Overstreget i Orig. f) Understreget i Orig. g) Ligeledes. h) Ligeledes. i) Overstreget i Orig. k) Ligeledes. l) Foran et lille Hul i Orig. m) Overstreget i Orig. n) Ligeledes.

1 deputo et dispono omnes redditus de bonis meis ecclesiasticis isto
 anno provenientes et omnia bona mea mundana in Offætuun,
 Skaftarp, Byaryth et i curf[i]am in Humlathorp sitam. Item Mar-
 garete Staphinsdoter iij marchas denar. Convivio vel sodalicio °por-
 titorum° Lundis iij marchas denar. Item pono et ordino ad sol-
 2 vendum et ad satisfaciendum fabrice Lundensis ecclesie omnia bona
 mea, videlicet i curiam in Hælgathorp, i curiam in Billebiargha,
 unam curiam in Geeslef et i curiam in Hørstatha, prohibens sub
 pena excommunicationis et severitate divini judicii, ut nullus se de
 dictis bonis p[ro]intromittat^p, donec prediecte fabrice fuerit satisfactum.
 3 Exequatores autem hujus testamenti et ultime voluntatis mee facio,
 ordino et instituo reverendos viros dominos Henricum Bokholt de-
 canum et magistrum Nicholaum Knutß canonicum Lundenses,
 rogans eos obnixius in Domino, ut hanc ultimam voluntatem meam
 una cum fratre meo domino P. Stigxß exequi velint, prout coram
 4 summo Deo voluerint respondere. In cujus rei testimonium sigillum
 meum una cum sigillis predictorum exequitorum meorum. Datum
 Lundis anno Domini m^o [ccc⁰] sexagesimo primo feria ij proxima
 ante diem beati Benedicti abbatis.

59.

1364 Dec. 6. Fatherus Petri, Praest i Lund.

*Tabt Orig. i Lunde Kapitels Arkiv. Afskrift i Lundeboegen S. 239.
Rep. 2747. Jfr. Gavebøgerne S. 309.*

5 In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego Fathe-
 rerus Petri presbiter, persona ecclesie beati Olaui Lundis, sane con-
 siderans, quod nichil est morte certius et nichil incertius ejus hora,
 licet corpore debilis, sanus tamen mente, volo, dum valeo, de bonis
 michi a Deo concessis anime mee salubriter providere, quapropter
 6 testamentum meum ordino in hunc modum: In primis igitur lego
 fabrice ecclesie beati Laurencii Lundis, ubi meam eligo sepulturam,
 tres marchas denariorum. Item eidem pro anniversario meo annu-
 atim in choro Lundensi tenendo curiam meam in parochia beati
 Olaui sitam Lundis, quam de Asmundo Smith cive Lundensi justo
 empacionis titulo acquisivi, excepta parte ejusdem curie in parte

o) Understreget i Orig. p) Ligeledes.

australi, habente in longitudine xl ulnas, in latitudine vero xij, ¹ cum taberna versus plateam in dicta curia situata, quam dilecto fratri meo Esberno lego in perpetuum possidendum. De cuius pensione annua taliter providi ordinandum: primo ad altaria pro missis in die anniversarii mei in ecclesia beati Laurencii predicta celebrandis annuatim i marcham; item vicariis dimidiā marcham, ² pulsantibus in turri oram denariorum et pauperibus ij oras; marca vero canonicis, qui vigiliis et misse interfuerint, erogetur. Item ecclesie mee dimidiā marcham. Item fratribus predictoribus Lundis dimidiā marcham, fratribus minoribus ibidem dimidiā marcham. Item sanctimonialibus [*ibidem*] ij oras. Item domui ³ sancti spiritus ibidem ij oras. Item domui leprosorum ibidem dimidiā marcham. Item ecclesie sancti Pauli ibidem ij oras. Item ecclesie sancte crucis ij oras. Item domino archidiacono i coclear argenteum. Item domino Jacobo Jermer majorem amphoram de stanno, quam habeo. Item domino Johanni magistro ⁴ scolarium unum pulvinar et unam amphoram parvam de stanno. Item domino Andree Haquin*s* i coclear argenteum, i cornu et mortariolum cum stempel. Item domino Petro sacriste dimidium pund annone et unum lavatorium. Item domino Thordoni parvum cingulum argenteum et unum tapetum. Item domino Johanni ⁵ Niclis*s* i skap. Item domino Gunnaro i par caligarum, quod habet. Item domino Petro socio ejus i parvum psalterium. Item Ermegert*s* i cingulum. Item Magno genero meo i tunicam cum capuccio mixti coloris. Item sorori dilecte Helene vi ulnas panni. Item Cristine xij ulnas foodherdum cum ix ulnis tele. Item infantibus ⁶ ipsius Cristine ij pund annone. Item Magnildi in lata platea dimidiūm pund annone. Item Olauo i cornu. Item Margarete i pulvinar. Exsequatores hujus testamenti constituo viros discretos dominos Andream Haquin*s* et Laurencium Jens*s*, presbiteros predictos, supplicans eis propter Deum, ut hoc testamentum meum ⁷ prosequi velint, prout saluti anime mee noverint expedire et coram summo Deo voluerint respondere. In cuius rei testimonium sigillum meum cum sigillis predictorum exsequitorum meorum presentibus est appensum. Datum anno Domini m^o ccc^o lxiiij. die beati Nicolai confessoris.

60.

1366 Juli 10. Jakob Jærmer, Kannik i Lund.

Orig. paa Perg. [med 5 Segl]. Lunde Kapitels Arkiv, nu i det svenske Rigsarkiv. — Afskrift i Lundebogen S. 223. Rep. 2796. Jfr. Gavebøgerne S. 36, 185.

1 In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego Jacobus Jærmer canonicus Lundensis, memor condicionis humane, quam semper imitatur[!] innata fragilitas, cui ab ipso vite principio mortis potestas dominatur, dum vite michi instat terminus, tam loquele quam memorie integritate in me vigente, mente sanus et corpore,
 2 anime mee saluti cupio previdere, de bonis michi a Deo concessis testamentum meum facio et ordino in hunc modum: In primis igitur lego fabrice Lundensis ecclesie, ubi meam eligo sepulturam, quinque marchas denariorum Scaniensium. Item fabrice ejusdem ecclesie bona mea in Stæwighe in parrochia Rængæ sita pro ani-
 3 versario meo in choro Lundensi annuatim celebrando, redditus inde provenientes secundum modum in libro canoniconum prius annotatum distribuendos. Item domino meo karissimo domino Nicholao Dei gracia Lundensi archiepiscopo, Swecie primati, ^acingulum meum argenteum deauratum et anulum aureum cum lapide viridis coloris. Preposito Lundensi i cornu. Decano ibidem cornu. Archidiyacono ibidem librum, qui vocatur Johannes Beleth^a, quem dedit michi dominus Jacobus quondam Lundensis archiepiscopus. Item domino magistro Magno ^aduo pund annone^a. Item domino ^aJone Saxthorp librum, qui vocatur Mandagotus, coclear argenteum et anulum aureum cum lapide lubba^a. Item domino Nicholao Posæ ^acingulum argenteum, i solidum grossorum, meum amicum cum superpellicio melioria^a. Item domino Swenoni Saxthorp ^acoclear argenteum^a. Item domino Hannes Henikini ^areportata super quartum librum decretalium^a. Item domino ^amagistro Hemmingo archidiyacono Roskildensi anulum aureum^a. Item domino Jacobo Pauli, domini mei archiepiscopi cancellario, ^asermones Guidonis cum rubeo corio^a. Item domino Petro Symonis librum de papiro, qui vocatur Jacob. Item domino Laurencio presbitero, vicario ^ameo, parvum breviarium^a. Item domino Ebboni, presbitero

^{a)} Understreget i Orig. Saaledes ogsaa i det følgende, hvor dette Notebogstav findes.

apud sanctum Paulum Lundis, ^aij pond ordei^a. Item domino Jo-
hanni, presbitero apud sanctum Botulphum ^aibidem, dimidiā mar-
cham denar.^a Item conventui omnium sanctorum prope Lundis
^adimidiā marcham denar.^a Item conventui fratrum predicatorum
Lundis ^adimidiā marcham denar.^a Fratri N. Jærmer ibidem
^av marchas denar.^a Item conventui minorum Lundis ^adimidiā 2
marcham denar.^a Conventui monialium ibidem ^ai marcham denar.^a
Domine priorisse ibidem ^ai solidum sterlingorum^a. Sorori mee
Margarete moniali ibidem meliorem ^alectum, quem habeo, cum suis
preparamentis et fibulam auream^a. Domui leprosorum Lundis ^adi-
midia marcham denar.^a Hospitali sancti spiritus ^aibidem tantum^a.
Item ecclesie beati Nicholai Lundis ^ai marcham denar.^a, presbitero
ibidem ^adimidiā marcham denar.^a, ministro ecclesie ibidem ^aij
oras denar.^a Item ecclesie beati Michaelis Lundis ^adimidiā mar-
cham denar.^a, presbitero ibidem ^aij oras^a, ministro ibidem ^aoram
denar.^a Item ecclesie mee Asum ^ai marcham denar.^a, domino 4
Benedicto presbitero ibidem ^asermones cum nigro coopertorio^a,
ministro ibidem ^aij oras denar.^a Item Margarete Hannæsæ ...^b
^amr. denar.^a Item Nicholao Jærmer, filio Thome, ^ablaveam tuni-
cam cum capucio^a. Item Gertrudi ipsius Thome filie ^aomnes
vestes meas novas mixti coloris^a. Item Alferth supertonsori ^ai pond 5
brasei, Katerine uxori sue i pond brasei et tres oves^a. Item And-
ree Thorkilli ^ai pond brasei^a, uxori sue Julianæ ^aij oves^a. Item
Andree filio suo omnes libros meos prius non datos excepto
breviario. Item Ølrico carnifici pecuniam, quam michi tenetur,
videlicet ^av solidos cum viij grossis^a, uxori sue Cristine ^aij oves^a.
Item Thuroni ^aThureß i marcham denar.^a Item Margarete Tuuæs-
dotær ^aij oves^a. Item Margarete filie Beddemanni vestes ^ameas
viridis coloris^a. Item Constantino ^ablaveam tunicam, Gertrudi
uxori sue ij oves^a. Item Boecio ^aRask i marcham denar.^a et
i pond ordei, uxori sue Cristine ^aij oves^a. Jøssæ Boß pueru tu-
nicam et capucium. Andree Raos ^aij marchas denar.^a Petro
Jønesß famulo meo ^adimidiā marcham argenti, in qua michi
tenetur, v marchas denar., gladium et sellam^a. Item Jacobo Paulß
famulo meo ^acapam et tunicam, cum quibus solebam equitare,
vi marchas denar., gladium et sellam cum freno^a. Andree Niclisß

^{b)} *Lille Hul i Orig.*

1 quondam promo meo et Benedicte uxori sue ^aiij marchas cum
 dimidia denar., in quibus michi tenebantur^a. Item Benedicto Hen-
 rici ^atunicam cum capucio^a. Item sodalicio sacerdotum parro-
 chialium ^aLundis lagenam trafnisie. Item^a Johanni Jutæ ^ai cornu,
 quod dedit michi uxor sua^a. Item pauperibus ^avi marchas denar.^a
 2 Item Thome Bytling ^atunicam, capucium et caligas de albo
 panno^a. Exequatores autem hujus testamenti et ultime voluntatis
 mee instituo honorabiles viros dominum meum karissimum archi-
 episcopum Lundensem predictum, dominos Jonam Saxthorp et Ni-
 cholaum Posæ, canonicos Lundenses prefatos, et Thomam Jærmer,
 3 fratrem meum dilectum, supplicans eis humiliter propter Deum, ut
 meam in premissis ita perficiant voluntatem, sicut anime mee
 noverint expedire. In cujus rei testimonium et evidenciam firmi-
 oreum sigillum meum una cum sigillis exequitorum predictorum
 presentibus est appensum. Datum anno Domini millesimo ccc⁰lx⁰
 4 sexto die beati Kanuti regis et martiris.

61.

1368 Okt. 5. *Magister Macharius, Årkedegn i Roskilde.*

*Orig. paa Perg. [med 4 Segl]. Roskilde Kapitels Arkiv, nu Arnemagn.
Dipl. XXI, 24. Rep. 2857.*

5 In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego magister
 Macharius archidiaconus Roskildensis, in lecto extreme mee egri-
 tudinis constitutus, meam ultimam voluntatem ordino in hunc mo-
 dum: Primo lego fabrice ecclesie Roskildensis, ubi meam eligo se-
 pulturam, duo jumenta meliora de equicio meo cum pullis suis.
 6 Item lego et confero ad anniversarium meum in eadem ecclesia
 Roskildensi perpetuo faciendum curiam meam villicalem in vill[a
 Te]sthorp in Ringstæthehæret sitam, cui adjacent xiiij solidi terrarum
 in censu, una cum tribus mansionibus inquilinorum, qui gartte[?] ^a
 vulgariter appellantur, una cum omnibus et singulis juribus et
 7 pertinenciis curie et mansionum predictarum, quam quidem curiam
 u[na] cum mansionibus inquilinorum predictis jure hereditario post
 mortem patris mei acquisivi. Item domino meo episcopo unam
 bibliam, quam Parisius emi, una cum lectisternio uno blavio. Item
 Helsef uxori Petri Bonde, michi secunda consanguinitatis linea
 attinenti, quam meam in hiis scriptis instituo heredem, dimidietatem

bonorum meorum, que dicuntur bohawe; dimidietatem vero residuam 1
lego et confero amicis et famulis meis, inter eos per infrascriptos
mee hujusmodi ultime voluntatis executores dividendam, et ita quod
Gerlacus Mac[?]us . . , qui michi diu servierat, prerogativa de residua
parte bohawe predicta gaudeat speciali; librorum autem meorum de
juribus omnium, necnon omnium bonorum meorum residuorum 2
mobilium, executorum infrascriptorum disposicioni et ordinacioni
committo et relinqu, obsecrans eosdem per viscera misericordie
Jhesu Christi, ut hanc meam ultimam voluntatem, sicut de eis fidu-
ciam in Domino obtineo specialem, ^asecuti[?] executio[n]i^a necnon
ordinacioni et disposicioni bonorum meorum, quam ipsis, ut supra-
dictum est, committo, sic intendant, ut premium ob hoc in ultimi
judicii die [in] altissimo consequantur. In quorum omnium testi-
monium sigillum meum una cum sigillis venerabilium virorum Jo-
hannis Cristierni et Jacobi Johannis, canonicorum Roskildensis,
et Esberni Nicolai laici, [quos^b] prediche mee ultime voluntatis ac 4
premissorum omnium et singulorum executores constituo per pre-
sentes, presentibus duxi apponendum. Actum et datum Roskildis
in domo habitacionis mee anno Domini m^o ccc^o lx^o octavo mensis
septembris^c die quinta, in crastino videlicet sancti Francisci con-
fessoris, presentibus et ad hoc specialiter vocatis Nicolao Basse 5
presbitero ac famulis meis Abraham et Gerlaco.

62.

1369 Jan. 20. Hinrik Bokholt, Dekan i Lund.

*Orig. paa Perg. [med 4 Segl]. Lunde Kapitels Arkiv, nu i det svenska
Rigsarkiv. — Afskrift i Lundebo gen S. 231. Rep. 2861. Jfr. Gavebøgerne
S. 25 f.*

In nomine Domini, amen. Ego Hinricus Bokholt decanus 6
Lundensis, considerans diligencius status humani circumstancias et
eventus varios, perpendensque, nichil morte cercius esse et nichil
incercius ejus hora, mente et corpore sanus, testamentum meum
de bonis michi a Deo concessis condo et ordino in hunc modum:
In primis igitur lego pro sepultura mea in ecclesia sancti Laurencii 7
prope sepulcrum venerabilis in Christo patris domini Petri, condam
archiepiscopi Lundensis, i marcham argenti. Item pro anniversario

^{a)} Tilfejet over Linien. ^{b)} Rasur i Orig. ^{c)} Fejlskrevet for: octobris.

1 meo annuatim more solito in choro ipsius ecclesie tenendo ^aunam
 curiam meam in Litlakøpinge et unam curiam meam in Aals-
 torp^a sitas, ^bita quod dimidietas reddituum de ipsis bonis cedat
 canonicis, qui in die anniversarii mei vigiliis et misse interfuerint,
 et reliqua dimidietas inter vicarios et pauperes equaliter dividatur,
 2 deducta ex ea i ora denariorum pro pulsantibus in turri^b. Item
^adomino meo karissimo domino Nicholao Dei gracia archiepiscopo
 Lundensi, Swecie primati, unum vas argenteum. Item domino P.
 archidiacono unum cornu et unum superpellicium. Item domino
 cantori i cornu et i librum de dictis beati Bernardi. Item domino
 3 Johanni Hinrikss^b i cornu cum libro sermonum, qui incipit: Cum
 consumasset Jhesus. Item domino N. Posæ i mensale cum^a ma-
 nutergio. Item domino ^amagistro N. i cornu. Item domino Magno
 preposito Othoniensi i par cultellorum ad mensam aptorum, i men-
 sale et i manutergium. Item domino Swenoni Saxthorp i amucium,
 4 i cornu et parvum librum cum rubeo coopertorio. Item domino
 Jo. Sommer i cornu cum flascone stanneo. Item domino P. Jøns^b
 amucium meum cum serico et librum, qui dicitur sacramentale
 Guillelmi de monte Laughduno. Item domino abbati apud omnes
 sanctos i mortariolum. Item domino Clementi priori apud sanc-
 5 timoniales Lundis i superpellicium. Item domino P. Symonis
 i cornu cum flascone stanneo. Item domino P. Magni vicario meo
 i magnam ollam et i amphoram^a. Item ad criptam ij marchas
 denar. Item vicario ibidem marcham denar. Item ministro ibidem
 dimidiā marcham denar. Item cuilibet ecclesie parrochiali Lun-
 6 dis ij oras et ministro dimidiā oram denar. Item fratribus pre-
 dictoribus ibidem i pund annone, priori ibidem i solidum grossorū
 et lectori ibidem tantum. Item fratribus minoribus ibidem
 i pund annone et gardyano i solidum grossorum. Item monialibus
 apud sanctum Petrum i pund annone. Item domui leprosorum
 7 tantum. Item domui sancti spiritus tantum. Item ^adomino Alloni
 i cornu. Item Jacobo Gulbrandss^b i cornu. Item Jacobo famulo
 meo ij ollas, i amphoram, i culcedram, i caldarium et i cistam.
 Item Kanuto i togam cum sufforatura viridi^a et iij marcas denar.
 Item ^aTukoni i culcedram mayorem cum minore et i polidrum.

a) Understreget i Orig. Saaledes ogsaa i det følgende, hvor dette Note-
 bogstav findes. b) Tilfejet i Randen.

Item Segoto promo meo iij pund siliginis, ij culcedras, i ollam^a et ¹
ix sues. Item pauperibus v marchas denar. Exequatores autem
hujus testamenti constituo viros honorabiles, amicos meos, dominos
Johannem Sommer canonicum Lundensem, Swenonem Saxthorp
ibidem canonicum et P. Magnus^b predictos, rogans eos humiliter
propter Deum, ut omnia et singula premissa ducant fideliter in ²
effectum, prout anime mee noverint expedire. In quorum omnium
testimonium sigillum meum una cum sigillis predictorum exequitorum
meorum presentibus est appensum. Datum anno Domini m^o ccc^o lx^o
nono die beatorum Fabiani et Sebastiani martirum.

63.

1372 Marts 12. Nicholaus Erlandson, Kannik i Lund.

Orig. paa Perg. med [4] Segl: 4. Petrus Laurencii (G. 108). Lunde
Kapitels Arkiv, nu i det svenske Rigsarkiv. — Afskrift i Lundebogen S. 230.
Rep. 2973. Jfr. Gavebøgerne S. 77.

In nomine Domini, amen. Ego Nicholaus Erland^b canonicus ³
Lundensis, licet debilis corpore, sanus tamen mente, jugi medita-
tione digesta et per vigili cura recensita didiceram experientia per-
docente in condicione humana nichil esse, quod perpetuo stare
possit, sed de esse necessario fit non esse, quia corrupcio nature
corrupcio cuiuslibet est persone; quo circa diem mortis mee summo ⁴
cautele studio prevenire cupiens et animam meam piis et virtuosis
operibus adornare, de bonis michi temporaliter concessis testamen-
tum meum sub modo, qui sequitur, ordino et dispono: Primo igitur
lego et confero ecclesie beati Laurencii Lundis, ubi meam eligo
sepulturam, unam marcham argenti ad fabricam. Item ad anni-
versarium meum in choro Lundensi annuatim tenendum unam
curiam in parrochia majoris ecclesie beate Marie virginis Lundis
sitam, in qua residet pronunc Nicholaus Asæson, datus r^o ij solidos
grossorum annuatim pro pensione, et unum fundum juxta eam ad
occidentem, quem emi de Johanne Lodevik^b, valentem pro pen-
sionem[!] annuali marcham denariorum, una cum uno fundo in
Malmøygis ad partem occidentalem curie capituli Lundensis sito,
quam legavit domina Ætlæ pro anniversario suo, valente xij oras
denar., tali ratione, quod canonicis dicte Lundensis ecclesie, qui die
anniversarii mei vigiliis et misse interfuerint, dentur xij ore denar.,

1 fabrice dicte ecclesie dimidia marcha denar., vicariis dimidia marcha
 denar., ad missas animarum i marcha denar., pulsantibus in turri ij
 ore denar. Item domino meo dilecto domino Nicholao divina misera-
 cione archiepiscopo Lundensi, Swecie primati, unum longum mensale
 cum gausape suo. ^aItem domino Folquino preposito unum librum
 2 de jure canonico. Item domino decano Lundensi unum cornu et
 coclear argenteum. Item domino archidyacono ibidem unum co-
 clear argenteum et unum librum, qui vocatur opus astrolabii^a.
 Item domino Johanni Henrik^b i pernam lardi. ^aItem domino Ni-
 cholao Posæ unum cornu. Item magistro Nicholao Kanuti brevi-
 3 arium meum, quod habui post dominum Karolum, unum coclear
 argenteum et^a i marcham argenti. ^aItem domino Swenoni Sax-
 thorp unum librum, qui incipit: In primitiva ecclesia, quem dedit
 michi dominus Jonas Saxthorp. Item domino Johanni Sommer
 unum cornu. Item domino Petro Johannis unum librum, qui in-
 4 cipit: Abstinencia est virtus. Item domino Benedicto de Kadorp^b
 unum breviarium, quod possedit frater meus Johannis[!] Erland^b^a,
 et i ollam meam majorem. Item domino Petro Symon^b solidum
 grossorum. ^aItem domino Clementi unum cornu. Item domino
 Andree Næze i librum, qui incipit: Juste judicate^a. Item do-
 5 mino Laurencio unum cornu. Item domino Nicholao Achonis
 unum cornu. ^aItem domino Johanni Falster unum librum, qui
 vocatur de papis et imperatoribus. Item domino Petro Johannis
 sacriste i solidum grossorum^a. Item domino Laurencio custodi
 chori sex grossos. Item dilecto cognato meo Petro Lauren^b, pre-
 6 visori domus sancti spiritus Lundis, unam tabernam in Scanør cum
 fundo, quam habui de Jacobo Niclaes^b ibidem, prope forum curruum
 sitam, et meas apes in Heyghæholt^c ^acum cocleari argenteo. Item
 Petro Tuuæ^b clero unum librum, qui incipit: De multiplicitate
 trinitatis. Item domino Nicholao Offæ^b, presbitero in cripta, unam
 7 togam brunei coloris sufforatam^a. Item claustro omnium sanc-
 torum i pund annone. Item abbatи ibidem unum coclear argenteum.
 Item predictoribus ^aLundis i pund annone^a, priori ibidem i solidum
 grossorum. Item minoribus ibidem i pund annone, lectori ibidem
 sex grossos. Item monialibus ibidem i modium buturi et i mar-

a) Overstreget i Orig. Saaledes ogsaa i det følgende, hvor dette Note-
 bogstav findes. b) L: Kædorp. c) L: Eghæholt.

cham denar., inter eas dividendam. Item eisdem monialibus i mo-
 dium buturi ex parte matris mee. Item domui sancti spiritus Lundis i lectum paratum. Item domui leprosorum i pund annone. Item claustro Dalbiensi i marcham denar. Domino Cristierno ibidem i solidum grossorum. Item claustro Boseyghæ i pund annone. Domine Agathe moniali ibidem viij ulnas panni brunei coloris et i vaccam. 2
 Domino Thorstano priori ibidem i solidum grossorum. Item domino Alloni in curia Lundensi i mensale. *Item ecclesie beate Marie virginis Lundis majori i marcham denar., presbitero ibidem i solidum grossorum, ministro ibidem dimidiā marcham^a denar. Item ecclesie beate Marie virginis minori i marcham denar., ^apresbitero 3
 ibidem tunicam meam sufforatam griseam cum capucio^a, ministro ibidem ij oras denar. Item cuilibet ecclesie parochiali Lundis preter predictas ij oras denar., presbitero oram denar. Item ecclesie Quithinghe in Gythinghe hæret, Gumløsæ et Vislætoftæ, cuilibet earum i marcham denar., presbiteris earundem dimidiā marcham^a denar. et ministris cuilibet ij oras denar. Item Petro Pætersß, filio fratris mei, x solidos grossorum vel equum tanti valoris. Item Erlando, filio sororis mee, tantum. Item Margarete Jønissæ doter,
 uxori fratris mei condam, unum annulum aureum. Item Trugoto Haas juveni de Ørtoftæ i marcham argenti. Item sorori sue Cri-
 stine viij ulnas boni panni et unam scistam. Item Jacobo Niclasß de Watnstathæthorp unum equum de x solidis grossorum. Item uxori ejus unum annulum aureum et scistam. Item Elene filie ejus i curiam in Nybølæ desolatam prope Lundis in Thornnæhæret,
 unum annulum aureum cum lapide viridi et togam meam viridem^b
 cum furræ[!]tura de variis. Item Petronille, condam uxorem[!] Ni-
 cholai Josepß, i scistam. Item Petro Eghesithæ filio ejus unam galeam cum huva. Item Karulo Niclasß dimidiā marcham argenti. Item Margarete Niclassæ doter unum annulum aureum. Item Josep Niclaesß bona mea in ^aKersthorp cum molendino^a, ab ipso prius per me empta. Item Kætillo Tuuæß i marcham denar., uxori ejus i marcham denar. Item famulo meo Kanuto unum equum de xii solidis grossorum. *Item Michaeli puero meo unum equum de x solidis grossorum. Item famulo meo altero[!] Kanuto i marcham argenti. Item Jacobo in curia mea unam amforam,
 uxori sue Katerine i ollam. Item^a famulo meo Nicholao carpen-
 tario i pernam lardi, dimidiū pund annone ^aet i pund buturi.

1 Item Hildæburgh i capucium et i marcham denar. Item Cecilie in curia mea dimidiā marcham denar. Item pauperibus scolari bus ij marchas denar. Item aliis pauperibus quinque marchas denar^a. Exequatores autem hujus testamenti constituo viros discretos dominum Petrum Frost archidiaconum Lundensem, Josep
 2 Erland^b fratrem meum dilectum, magistrum Nicholaum Kanuti canonicum Lundensem et Petrum Lauren^b, previsorem domus sancti spiritus Lundis, rogans eos causa Dei, ut istud testamentum taliter exequantur, in quantum possunt, prout coram summo Deo voluerint respondere. In cujus legacionis testimonium sigillum
 3 meum una cum sigillis exequitorum predictorum presentibus est appensum. Datum anno Domini m^o ccc⁰ lxx⁰ secundo feria sexta, videlicet die beati Gregorii pape.

Paa Plica er tilføjet: Domino P. Symonis solidum grossorum. Item sacriste solidum grossorum. Item priori prior[!] predicatorum i solidum 4 grossorum. Item domino Thorstano i solidum grossorum. Item domino Cri- stiarno in Dalby i solidum grossorum. Item lectori minorum et custodi chori i solidum grossorum.

Paaskrift: Testamenti N. Erlandi canonici Lundensis de quibusdam bonis Lundis et Malmøgis. Nunc vero in Wyrkie suum tenebitur anniversarium.

64.

1377 Marts 26. Nicolaus Petri kaldet Ellyng af Faaborg.

Tabt Orig. paa Perg. [med 1 Segl] i Faaborg Bys Arkiv. Afskr. af Langebek fra 1753: Rigsark. Diplomatarium; herefter trykt ndfr. Tidligere afskrevet af Thomas Broder Bircherod i Ny kgl. Saml. Fol. 402; dertil andre Bircherodske Afskrifter; trykt efter en saadan i Pontoppidan, Annales II, 224. Rep. 3155.

5 Omnibus presens scriptum cernentibus Joseph Johannis pres- biter Lundensis diocesis salutem in Domino. Noveritis^a, ^bme sub anno Domini m^o ccc⁰ lxxvij⁰ cena Domini^b presentem fuisse, vidisse et audivisse, quod honestus skolaris^c Nicolaus Petri dictus Ellyng de Fobburgh Othoniensis diocesis, laborans in extremis, testamen-
 6 tum suum disposuit in hunc modum: In nomine Domini, amen. Ego Nicolaus Petri, licet debilis corpore, tamen sanus mente, anime mee saluti de bonis^d mihi a Deo concessis volens utiliter previ-

^{a)} *Pontoppidan:* Noverint universi. ^{b)} *Bircherod:* sub anno Domini mcccclxxvij; *Pontoppidan udfylder Lakunen med:* me. ^{c)} *Bircherod:* scholarus; *Pontoppidan:* scorarus. ^{d)} *B. og P. tilføjer:* meis.

dere^e, lego in primis et confero convivio beate virginis in Fobburgh ¹
duas tabernas a^f curia capitali disjunctas cum parvo fundo ab ^g eius-
dem^g tabernis in ^h communem plateam situato^h, tali ratione pre-
habitaⁱ, quod nomen meum cum nominibus aliorum convivarum ejus-
dem convivii in libro suo^k dicto skra utique conscribatur, et ut
^l quedam missa in altari beate virginis prescripte septimanatim cele-
bretur^l. Item^m domino Johanni plebano in Hornnæ, ⁿ mihi predi-
lecto, duoⁿ lintheamina bona cum cervicali parvo^o dicto puthæ.
Item sorori mee Cecilie dimidiā curiam, quam inhabitat suo cum
marito. Item domino Petro Eskilli, plebano ecclesie beati Dionisii
Roskildis^p, meo penitenciario^q, tres grossos. Ultimatim autem ³
socio meo dilecto Joseph Johanni^r meum superpellicium^r, meum
parvum gladium, ^ssingulis cum meis rebus Roskildis habitis quibus-
cumque^s. Datum Roskildis anno^t, die quibus supra meo sub signeto.

65.

1877 Maj 25. Trugillus Olavi.

*Tabt Orig. i Lunde Kapitels Arkiv. Afskrift i Lundebogen S. 238 med
Overskrift: Testamentum Trugilli Olaui super una curia in Lyongsiø, secun-
dum librum anniversariorum pro ejus anniversario, licet idem testamentum
secundum literam sue scripture continet curiam in Lyungby, in qua Nicolaus
Tychonis pronunc residet; sed suppletum est in margine et supero notula in
Liungsø, in qua Laurencius Jutho etc. Rep. 3163. Jfr. Gavebøerne S. 129.*

In nomine Domini, amen. Ego Trugillus Olaui, licet corpore ⁴
debilis, mente tamen sanus, testamentum meum de bonis michi
a Deo concessis dispono et ordino in hunc modum: Primo lego
ecclesie beati Laurencii Lundis, ubi meam eligo sepulturam, xij
marchas argenti. Item venerabili in Christo patri, domino meo
dilecto, domino Nicolao, archiepiscopo Lundensi, Suecie primati,⁵
meum panzer cum i cornu. Item ecclesie mee parochiali in
Staffwie i marcham puri; item presbitero ibidem unam equam cum

^e) B. og P.: providere. ^f) B.: et. ^g) B. har i Stedet Prikker, P. intet.

^h) B. og P. har i Stedet Prikker; Langebek: c. p. situatam. ⁱ) B.: prohibita;
P.: adhibita. ^k) B.: sui; P.: suo. ^l) B. og P.: quandam missam etc. celebrant.

^m) B. og P. indskyder: dono. ⁿ) B. og P.: meo per dilecto domino. ^o) B.
har i Stedet Prikker; hos P. fattes Ordet. ^p) B. og P.: Roschildensis.

^q) P.: penitentario. ^r) B. og P.: suppellicium. ^s) B. og P. har i Stedet
Prikker. ^t) P. og B. indskyder: et.

1 pullo dicto fôll; item ministro ibidem i solidum grossorum. Item
 claustro predicatorum i marcham puri; priori ibidem i solidum
 grossorum; item cuilibet fratri sacerdoti ibidem dimidium solidum
 grossorum. Item claustro fratrum minorum Lundis i marcham puri;
 item gardiano ibidem i solidum grossorum; item cuilibet fratri
 2 sacerdoti dimidium solidum grossorum. Item monialibus sancti
 Petri Lundis ij solidos grossorum. Item domui leprosorum Lundis
 ij solidos grossorum. Item ecclesie Liungsio et presbitero
 ibidem oves meas, quas habeo ibi, inter se equaliter dividendas.
 Item ecclesie Æwerthe ij solidos grossorum; item presbitero ibidem
 3 i solidum grossorum. Item venerabili capitulo Lundensi unam
 curiam meam in ^aLiungsio, in qua Laurencius Jutho pronunc
 residet^a, pro anniversario meo annuatim in choro Lundensi faciendo.
 Item dilecte consorti mee x marchas puri cum nave dicta skutæ.
 Item fratri meo dilecto Uffoni Oleff i circulum aureum. Item
 4 Johanni Bing curiam meam paternam in Lyngsio. Item domino
 Petro Simonis^b i psalterium. Item domino Petro Johannis i mar
 cham puri. Item Grubbæ vij solidos grossorum. Item Jacobo
 Jønis^b vi solidos grossorum. Item Petro Nicolai i marcham puri.
 Item domino Johanni Pauli ij solidos grossorum. Item Johanni
 5 Strangeß ij modios butiri cum una perna lardi. Item uxori ejus
 i coclear argenteum. Item Elzef i bovem et unam vaccam, meli
 ores quos habeo, i coclear argenteum, i tunicam meam meliorem
 cum capucio et nodulis argenti. Item Torstano famulo meo i poli
 drum rubei coloris, i balistam, i crawæ, i gladium, i par stalhanske
 6 ac tunicam varii coloris cum capucio. Item Skaning famulo meo
 i polidrum grisei coloris, i par rytheskynær, i krawæ, unam togam
 cum capucio et diploidem albam. Item Cecilie Pauli et filiis ejus
 iij solidos annone. Item Anne duas vaccas. Item filiis ejus i cu
 riæ in Grynnilstathe, in qua Sweno Petri residet. Item Anne
 7 ancille mee i vaccam cum ij ovibus. Item Swenoni Stinnæ x modios
 siliginis, i pernam lardi et annonam seminatam in uno agro. Item
 Petro Olaui i polidrum et i unghnøth. Item Jøsse puero meo
 vi modios avene seminate. Item cognate mee Cristine, uxori Johannis
 Bok, i coclear argenteum. Item Nakkaskogh ij solidos grossorum,

^{a)} Saaledes i Randen; i Texten, men overstreget: Lyngby, in qua Nicolaus Tychonis pronunc residet. ^{b)} Af'skr.: Sunonis.

quos habet. Item Petro Asceri i solidum grossorum. Item Nicho-¹
lao Mynst ij sues. Item N. Akonis ij oves. Item N. Tuonis
ij sues. Item Thrøwen i bovem. Item colonis meis in Lyngsio
dimidietatem pensionis mee de eisdem et reliquam dimidietatem
pauperibus ibidem. Item cuilibet pauperi in Stæffwie i modium
farine et omnibus illis ij pernas lardi inter se dividendas. Exsequores²
autem hujus testamenti mei constituo et ordino honorabiles viros
et discretos, videlicet dominos Petrum Simonis et Petrum Johannis,
canonicos, Uffonem fratrem meum dilectum, Grubba et Johannem
Strangeß, rogans eos per viscera misericordie Jhesu Christi, ut hanc
voluntatem meam ita fideliter prosequantur, prout saluti anime³
mee noverint salubrius expedire et coram summo judice voluerint
respondere. In cuius exsequacionis testimonium sigillum meum una
cum sigillis dictorum exsequitorum presentibus est appensum. Da-
tum sub anno Domini m^occc⁰lxx⁰vij^o die beati Urbani pape et
martiris.

66.

1379 Febr. 3. *Ærkebiskop Nicholaus.*

*Orig. paa Perg. med [7] Segl: 1. Ærkebispens (G. 20); 3. Petrus Frosts
(G. foran 47); 7. Johannes Ufs (A. 785). Lunde Kapitels Arkiv, nu i det
svenske Rigsarkiv. Rep. 3249. Jfr. Gavebøgerne S. 33 f.*

In nomine Domini, amen. Nos Nicholaus divina miseracione⁴
archiepiscopus Lundensis, Swecie primas, licet corpore debilis,
mente tamen sanus, considerantes nichil cercius morte et nichil
incercius hora ejus, testamentum nostrum de bonis nobis a Deo
collatis facimus, constituimus et ordinamus in hunc modum: Primo
ad fabricam nostre Lundensis ecclesie et dilecto capitulo nostro⁵
Lundensi bona nostra in Gyorthalykkæ sita cum omnibus suis per-
tinenciis, que de domino Petro Nicholai milite de Hamundahøgh
justo empacionis titulo habuimus, damus et assignamus, prout etiam
ipsis prius assignavimus in perpetuum possidenda, pro festo glorio-
sorum martirum sanctorum Georgii et Laurencii semel in anno,⁶
die scilicet sancti Georgii, cum missa de sancto Georgio et memoria
de sancto Laurencio sollempniter tenendo ante altare sancti Lau-
rencii in medio ecclesie constitutum, tali condicione, quod tutores
fabrice predicte Lundensis ecclesie, qui pro tempore fuerint, eadem

1 bona sub sua ordinacione libere habeant et de ipsis dabunt sex
 solidos grossorum canonicis pro dicto festo, inter canonicos, vicarios
 et scolares secundum ordinacionem capituli singulis annis dividendos; reliquum vero cedat fabrice. Ipso eciam die beati Georgii
 habeant collectam in missa pro remedio anime nostre, et apponatur
 2 super sepulcrum nostrum purpura, quam fabrice offerimus pro
 presenti, inhibentes sub pena excommunicacionis et maledictionis
 eterne, ne aliquis sine situ[!] tutorum ecclesie predictorum se de ipsis
 bonis intromittat. Item pro anniversario nostro omni anno in
 choro Lundensis ecclesie sollempniter tenendo damus ad mensam
 3 archiepiscopalem Lundensem omnia bona nostra sita in Luddo-
 køpinge cum suis pertinenciis universis, que de domino Petro Kyr-
 ningh milite, Petro Spaldener armigero ac monasterio monialium
 Lundensium eciam justo empcionis titulo acquisivimus, ita tamen
 quod dominus archiepiscopus, quicumque pro tempore fuerit, dabit
 4 canonicis singulis annis unum pund sterlingorum, dividendum secun-
 dum ordinacionem capituli inter canonicos presentes in choro in
 missis et vigiliis, vicarios, pauperes et scolares et pro missis inferius
 in ecclesia ac pulsantibus in turri, ad cujus summe solucionem
 annuam volumus ratione dictorum bonorum successores nostros in
 5 perpetuum obligari et ipsorum conscientias onerare; super quibus
 festo et anniversario ac bonis dicto capitulo nostro literas nostras
 apertas contulimus in testimonium omnium premissorum. Item
 ecclesie sancti Laurencii, ubi nostram eligimus sepulturam ad capud
 condam predecessoris nostri archiepiscopi Petri, viginti marchas
 6 argenti pro fabrica ecclesie et structura; item ^aunam cappam
 pluviale novam, quam met parari fecimus^a et habemus in sacri-
 stia nostra Lundensi. Item dicte fabrice ^ascolasticam hystoriam,
 decretales et chorale nostrum novum dictum kølt kølt[!] pro ornatu
 parietum^a. Item successori nostro, cui Deus graciā infundat,
 7 pro suis et suorum successorum usibus bibliam nostram in duobus
 voluminibus per nos Flandrie emptam, missale sollempne per totum
 annum cum nota, rationale divinorum officiorum, proprietates
 rerum, moralia Gregorii cum omeliis suis et dyalogum in uno vo-
 lumine, magnum antiphana[!]arium cum nota, majus breviarium

^{a)} Understreget i Orig.; ligesaa i det følgende, hvor dette Notebogstav findes.

nostrum cum nota, item aliud missale sollempne cum nota in 1 duobus voluminibus pro capella sua Lundensi, calicem ^b deauratum^b, canonem novum, benedictionarios, item duos ordinarios, quos Borrandaholmis scribi fecimus, et psalterium nobile cum rubea cooperatura. Item reverendo capitulo nostro Lundensi ^aquatuor libros sentenciarum. Item scolis^a Lundensibus ^aPapiam, S[!]iceronem, di[!]ri- 2 vaciones Preciani, Solinum de mirabilibus mundi^a, qui per diligen- ciam capituli exponi debent scolastico et resumi singulis annis tempore capituli generalis, ne subtrahantur. Item pauperibus scolaribus, scolas ibidem visitantibus, ^amarcham argenti^a. Item domino Folquino preposito Lundensi ^aunum cornu argentatum de- 3 auratum^a. Item domino Magno decano ibidem similiter ^ai cornu argentatum deauratum^a. Item domino Petro Frost archidiacono ^abreviarium nostrum novum, quod condam habuimus de episcopo Slesvicensi^a, loco cuius debet breviarium, quod sibi prius dedimus, ad nostram voluntatem inferius exprimendam disponere et ordinare. 4 Item sibi psalterium glosatum, decretum nostrum emptum^a Flan- drie et ^aJohannem Andree super Sextum^a. Item domino Mathie Syvichini cantori ^apassionarium nostrum^a, quem nobiscum semper duci fecimus, ^ainstituta, unam tymbriam variarum pellium^a, decimas nostras alecium Helsingborgis levatas et restantes apud dominum 5 Johannem ibidem de anno proximo jam transacto et pensionem nostram de exaccione nostra ibidem anno de eodem, videlicet ij marchas argenti similiter apud ipsum dominum Johannem restan- tes, prout cantant litere nostre de premissis sibi prius date. Item domino Swenoni Saxthor[p]^c ^acronicam Martini^a. Item domino 6 P. Symonis ^abibliam nostram majorem et unam archam^a. Item domino P. Johannis ibidem ^acopiosam^a. Item domino Clementi canonico ibidem ^ai cornu^a. Item domino Laurencio officiali nostro ^ai balistam novam^a. Item domino N. Achonis canonico ^ai cornu^a. Item domino Alloni ^adyetam salutis^a. Item domino P. Nicholai^a canonico ibidem librum ^ade mirabilibus sacre scripture^a. Item domino Mathie Andree canonico ibidem ^aunum skaap^a, quod posui- 7 mus Lundis in capella, ^apsalterium, quod nobiscum duci^a fecimus, ^alibrum, quem habuimus de domino Jacobo Jarmar, nigro cooper-

^{b)} Overstreget i Orig. ^{c)} Ovenover Linien tilføjes: c. l. [d. e. canonico Lundensi?].

1 tum^a, item unum librum viridem de papiro, item sibi choralia nostra, amuciam scilicet et superpellicium^a. Item domino Erlando Absolonis ^aunum sathilfaat^a. Item domino Petro Dua ^aunam laternam manualem^a. Item Johanni Uf ^amajus cornu nostrum argentatum deauratum cum^a duobus flasconibus, clipeo nostro
 2 depictis. Item tenemur sibi ex parte nostra et ecclesie nostre pro necessariis emptis et adductis in farina, braseo et aliis necessariis ad conservacionem castri Hammarensis per ipsum, postquam Borandaholmis venimus ista vice, xl marchas argenti, pro quibus sibi inpingneravimus sex tabernas, quas ipse personaliter construxerat
 3 nostro nomine in porticu Lysta Borandaholmis, valentes sex marchas argenti in pensione, cum suis juribus et pertinenciis secundum condiciones in literis suis super hoc contentis, donec redimantur. Item spouse sue ^aduas tymbrias variarum pellium cum uno ludo scacorum, quem^a habuimus de domina regina Norvegie. Item filie
 4 Johannis Uf virginis Cecilie ^aunum anulum aureum^a. Item uxori sue domine ^aMarine meliorem sistam et mantellum nostrum cum magno capucio variis^a sufforata. Item filie Takonis Mus virginis Marine ^acappam nostram blaveam variis sufforatam^a. Item Petro Laurencii fratrueli nostro ^aambulatorem nostrum griseum. Item
 5 tenemur sibi et couterinis suis in viginti sex marchis argenti, quas pater eorum dominus Laurencius Jønisß quondam miles, frater noster, nobis concessit versus curiam Romanam pro negotiis et usibus nostre Lundensis[!] ibidem expeditis, inpingnerans bona sua, que adhuc stant inpingnerata pro eisdem, pro qua quidem summa
 6 nos deputavimus sibi prius per literas nostras pensiones bonorum in Gemnethopha et Skenkilsøe in terra Syalandie sitas[!] de anno jam instanti et proximo sequenti levandas et percipiendas de quodam Johanne legha, videlicet quolibet annorum dictorum octo marchas argenti et unam marcham annone, prout in literis nostris ipsis
 7 datis continetur. Item pro debitis, in quibus domino Jacobo Swer-
 sliper consuli Sundensi tenemur, videlicet 1 marchis denariorum Sundensium pro farina et potu almanico ad manus domini Benedicti canonici Lundensis missis, deputamus decem boves, in quibus idem dominus Benedictus nobis pro defectu compoti sui tenetur
 8 persolvendos[!], antequam a sentencia excommunicacionis absolvatur, prout domino Magno decano nostro Lundensi prius commisimus in mandatis. Item cognate nostre domine Estridi, uxori Magni Mag-

nus³, unum anulum aureum. Item nepte nostre domine Kate-¹
rine, uxori Magni Ryngs³, unum anulum aureum. ⁴ Domine Bo-
tildi moniali in ^aBosø ij vaccas^a, ij marchas argentia^d. Item Petro
Nicholai, magistro coquine nostre, restituimus et restitui mandamus
^acaballum suum nigrum^a, quem nobis concessit pro equicio nostro,
^adantes sibi unum polidrum de equicio nostro predicto^a. Item 2
Akoni Niclas³ pueru nostro ^aunum polidrum^a de eodem equicio,
si prius eum per literas nostras ad Aghonem sibi datas non habuit
vel recepit. Item Skønøf servitori nostro ^aunum caballum de sta-
bulo nostro^a dictum Gøeth in recompensam pro debitibus, in quibus
sibi tenemur. Item Cristyarno Holk ^aungulam argentatam^a. Item 3
Johannem Strangonis et[!] quittum dimittimus pro pensionibus nobis
debitis de bonis nostris in Stewoghæ de anno presenti et aliis pre-
cedentibus. Item uxori sue domine Botildi ^aunum anulum aureum^a.
Item domino Petro Johannis sacriste nostre Lundensis ecclesie
^acappam nostram bruneam sufforatam cum^a dorsis variarum pellium⁴
una cum ^atunica ejusdem robe et capucio^a. Item domino Lauren-
cio custodi chori ibidem ^asurcocium nostrum bruneum variis suffo-
ratum^a. Item dominabus monialibus Lundis ^amarcham argenti^a.
Item predictoribus ibidem ^amarcham argenti^a. Item minoribus
^aibidem marcham argenti^a. Item sacerdotibus curatis in Boranda-⁵
holm remittimus omnia episcopalia de hoc anno. Item capitulo
dictorum sacerdotum ^aunum librum sermonum per totum annum,
quem habuimus post dominum^a Johannem Pauli. Item ecclesie
sancti Olaui ibidem ^aunum coclear argenteum^a. Item capelle sancti
Salomonis ibidem ^aunum coclear^a argenteum. Item domui lepro-⁶
sorum ibidem ^aunum par missalium sacerdotalium. Item^a fratri
Benedicto de Aosia ^aprimam partem Thome^a. Item fratri Nicho-
lao Holumbo lectori Lundensi librum, qui dicitur ^asuffragium mona-
chorum, et vi ulnas albi panni^a. Item Yuaro scolari ^aSextum cum
Clementinis in uno volumine, Exameron et breviarium, quem⁷
dominus P. Frost prius^a a nobis habuit. Item Johanni Bonda ^aBri-
tonem et xij solidos grossorum^a. Item Petro Nicholai scolari ^abal-
teum nostrum argenteum deauratum cum bursa^a sericali ^aet quatuor
marchas argenti. Ipsi^a scolaribus actores, ^alibros et poetas nostros
reliquos^a. Item Petro Nicholai pueru nostro de Ystath v ^amar-

a) *Tilføjjet i Randen.*

1 chas^a argenti de decima nostra alicium anni jam transacti, apud
 patrem suum ibidem jam collecta et reservata. Item Jacobo pueru
 nostro tres marchas argenti de eadem decima. Item P. Rarys
 pueru nostro i marcham de eadem decima. Item pueru nostro
 Barsebek i marcham argenti de eadem decima. Reliquum vero,
 2 quantum restat de eadem decima, cedat pro exequiis nostris.
^e Haquino Peters^b cubiculario nostro marcham argenti^c. Item
 Kottoni unam vaccam, unum pund farine et unum pund brasei et
 duas pernas lardi per Aghonem de Burghaby; item ^dsibi unam
 sistam et unum chorale nostrum blaveum^e. Item reliquas pen-
 3 siones et decimas nostras per totam dyocesim nostram restantes de
 anno jam transacto usque in diem hodiernum deputamus pro ex-
 equiis nostris et hujusmodi debitibus testamenti nostri persolvendis.
 Item successori nostro equicium nostrum in Burghaby cum debitibus
 restantibus quibuscumque. Exequatores autem hujusmodi nostri
 4 testamenti et extreme voluntatis constituimus venerabilem succes-
 sorem nostrum ac reverendos viros dominos Magnum Nicholai de-
 canum, Petrum Frost archidiaconum, Mathiam Syvichini cantorem,
 Laurencium Andree officialem nostrum, Petrum Symonis, canonicos
 nostre Lundensis ecclesie, et Johannem Uf nepotem nostrum,
 5 obsecrantes [*eos*] per misericordiam Dei, ut diligenciam et fidelitatem
 exhibeant in premissis exequendis, prout de ipsis firmam gerimus
 fiduciam et anime nostre noverint expedire, premium ab eo recep-
 turi, qui omnes respicit et remunerat bene et fideliter ministrantes.
 Acta sunt hec et disposita in castro nostro Hammarensi anno Do-
 6 mini m^o ccc^o lxx nono die beati Blasii. In quorum omnium testi-
 monium sigillum nostrum una cum sigillis predictorum nostrorum
 exequtorum presenti testamento est appensum.

Ved Foden er tilføjet:

^a Altari sancti Laurencii inferiori calicem deauratam^b.

7 *Paa Bagsiden:* Testamentum domini Nicolai archiepiscopi precipue super
 festo beati Georgii et anniversario suo de bonis in Giordhelykke et Lødda-
 køpinge. Nota: Istud testamentum juraverant omnes archiepiscopi, successores
 sui, inviolabiliter observare.

^{e)} *Tilføjet i Randen.*

67.

1386 Marts 21. Semundus Johannis, Kannik i Roskilde.

Orig. paa Perg. [med 3 Segl]. Roskilde Kapitels Arkiv, nu Arnemagn. Dipl. XXII, 6.

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Ego Semundus Johannis canonicus Roskildensis, licet corpore debilis, mente tamen sanus, volens, dum valeo, de rebus michi a Deo concessis anime mee salubriter previdere, testamentum meum dispono in hunc modum: Primo lego ad fabricam ecclesie beati Lucii Roskildensis unam marcam argenti. Venerabili capitulo ibidem Gesta Danorum in duobus voluminibus. Item domino decano unum coclear argenti. Item domino preposito unum cyphum dictum sölnap. Item domino archidiyacono unum cornu. Item domino cantori unum cornu. Domino Jacobo Pauli librum, qui incipit: Optata^[?a] detestans, et i, qui incipit: Samaritanus. Domino Benkino meum almucium. Domino Jacobo Hennikini librum de casibus juris et librum de jure canonico, qui incipit: Super actionibus. Domino Gunnaro balteum meum argenti et questiones super secundum summarum. Domino Magno capam meam choralem. Domino Johanni Aonis librum, qui incipit: Bonifacius. Domino Petro Johnnisi librum, qui incipit: Circa tractatum, item eidem librum, qui incipit: Delectacio^b, et questiones super logica. Domino Willemo librum de medicinis, qui incipit: Ego. Item dicto capitulo Roskildensi unam curiam meam in Kolsbek in Holmbohæret pro anniversario meo et parentum meorum semel annuatim faciendo, habentem in pensione quatuor pund, in qua nunc quidam Tholf habitat. Item sex prebendis in ecclesia Roskildensi duas curias meas in Kolsbek predicto, habentes in pensione duo pund. Item domino Thome sacriste i coclear argenti. Domino Erico seniori superpellicium meum. Domino Erico juniori de regulis juris librum. Item domino Josep et Jacobo germanis breviarium meum. Item vicariis, qui vigiliis et misse exequiarum mearum interfuerint, duos solidos grossorum. Item monasterio beate virginis Roskildis portionem juris mei in curia, quam mater mea et ego habemus in

^{a)} ota med Forkortelsestegn over. ^{b)} delcacio med Forkortelsestegn over.

¹ parrochia beati Olaui Roskildis, condicione tamen tali, quod dicta porcio mea in dicta curia sit libere sub ordinacione matris mee, coad vixerit; ipsa vero matre mea de medio sublata, predictum monasterium beate virginis faciat aniversarium meum [?] annuatim de pensione porcionis mee curie antedicte. Item claustro sancte Clare i pond siliginis. Item sorori Viviane ibidem i pond brasei. Item sororibus Sophie, Ethle et Anne ibidem tres vacas. Item monasterio cuilibet Roskildis c panes et lagenam cervisie. Item ecclesie beati Olaui Roskildis i solidum grossorum, sacerdoti ibidem tantum, ministro ibidem vi grossos, campa[na]rio ibidem quatuor ³ grossos. Item ecclesie Blystop i pond annone. Item ecclesie Kongesthwet sex solidos grossorum, in quibus dominus Hermannus presbiter ibidem michi tenetur. Item dicto domino Hermanno i marcam argenti, in qua michi tenetur. Item ministro ibidem octo grossos et campa[na]rio ibidem quatuor grossos, quos nomine meo levabit ⁴ de predicto domino Hermanno, ita tamen quod tutores dicte ecclesie cum dicto domino Hermanno ratione dicte pecunie sibi legate faciant quater anno instanti aniversarium meum in ecclesia antedicta. Item pauperibus scolaribus Roskildis lagenam cervisie. Item fratri Petro Olaui custodi i solidum grossorum. Item fratri ⁵ Nicolao Thyderici i pond brasei. Item Laurencio Krakhß i polidrum. Item Snøfugel i cornu, item uxori sue i annulum aureum. Item cognato meo Thruweth i panzer, quod melius est. Item famulo meo Johanni Petri i panzer. Item famulo meo Petro Judhe i tunicam. Item N. Galmanß togam meam cum sex modiis farine. ⁶ Exequores autem hujusmodi testamenti mei constituo discretos viros Hemmingum Jenß armigerum et Nicolaum Petri dictum Snøfugel, cives Roskildenses, supplicans eis humiliter propter Deum, ut hoc presens testamentum meum ita fideliter exequantur, prout anime mee viderint expedire et coram Deo voluerint respondere. ⁷ Actum et datum Roskildis anno Domini m^occc^olxxx^ovi^o die sancti Benedicti abbatis et confessoris sub sigillis mei[!] et predictorum meorum exequotorum.

68.

1388 Dec. 2. Johannes, Biskop af Ribe.

Orig. paa Perg. [med 11] Segl: 5. Kannik Nicholaus' (G. 850); 6. Skjold med Quitzowvaabenet (nu affaldet). Ribe Kapitels Arkiv, nu i Rigsarkivet (Ribe Bisp 149). Terpager, Ripe 53; Rep. 3675.

In nomine Domini, amen. Nichil valet humana sapiencia, 1 nisi consumatur in discretionem et finalem exitum previdens anime sue consulat sanitati. Unde nos Johannes divina providencia episcopus Ripensis, licet quoad corporis substanciam debilitamur, viget tamen in nobis igniculus rationis, testamentum nostrum in modum infrascriptum ordinamus: Primo damus et legamus ad fa- 2 bricam ecclesie nostre Ripensis curiam in parochia Uxbi sitam, in quo ad presens habitat Johannes Bechß. Item communitati capitulo ecclesie Ripensis bona nostra in Gedinerheret in parochia Salæ sita, de Cristierno Luggi et Johanne Pors, armigeris, juste emp- cionis titulo acquisita, pro cottidiana missa et aniversario nostro 3 perpetuo tenendo. Item damus reverendissime domine domine Margarete, Dei gracia regine Norwegie et principi Dacie, annulum auri et cornu. Item domino Magno, Dei gracia Lundensi archi- episcopo, annulum auri cum uno cornu. Item domino Nicholao episcopo Roskildensi annulum auri. Item episcopo Sleswicensi 4 annulum auri. Item episcopo Arusiensi cornu. Item archidiacono nostro domino Johanni annulum. Item domino Johanni cantori annulum auri. Item domino Laghoni canonico nostro nobilem auri. Item domino Nicholao Brog tantum. Item domino Nicho- lao Nicholai tantum. Item preposito Laurencio in Harsysæl annulum 5 auri. Item domino Thrugillo equam indomitam de melioribus cum suo pullo et unum thapetum cum nigro balteo argenti. Item domino Goskalco preposito in Wendlia nobilem auri. Item preposito Eskillo balteum suum[!] optimum, i nap argenteum cum vij co- cularibus argenteis. Item domino Nicholao Johannis scolastico nobilem 6 auri. Item domino Frederico nobilem auri. Item domino Jacobo nobilem auri. Item domino Petro Nicholai zonam de serica deaura- tam; item solvimus eidem domino Petro palefredum rubei coloris pro xx marchis denariorum Lubicensium. Item domino Regnoro nobilem auri. Item domino Andree de Waret nobilem auri. Item 7 domino Esgero de Snethim scutum auri. Item domino Nicholao

1 de Husbi scutum auri. Item domino Johanni Nicholai scutum.
 Item ad ecclesiam beati Johannis Ripis marcham denar. Item
 cuilibet ecclesiarum parochialium Ripensium solidum grossorum.
 Item fratribus predictorum Ripis polidrum. Item fratribus ordinis
 minorum Ripis polidrum. Item monialibus marcham Libicen-
 2 sem. Item domino Hermanno solidum grossorum. Item domino
 Laghoni plebano nostro marcham Libicensem. Item Cristierno
 Skram sistam ferream. Item uxori ejus domine Cristine annulum
 auri. Item Johanni Skram ij polidros, quorum unus est grisii
 coloris, alter vero eorum est coloris skymelith, prope castrum
 3 Brynkke ammu[!]bulantes. Item Elizabet uxori ejus annulum auri.
 Item Ottoni Bundonis cornu. Item Cristierno Jacobi cornu. Item
 Johanni Nanneß *. Item Petro Nicholai ij boves et marcham
 annone, quos sibi Cristiernus Jacobi assignabit. Item Magno ministro
 nostro polidrum. Item domine Cristine, priorisse in monasterio
 4 Stubthorp, mantellum subductum variis. Item Kyter polidrum
 unius anni. Item pauperibus scolaribus ij marchas denar. Libi-
 censem. Item pauperibus aliis iij marchas Libicensium denar.
 In hujus testamenti executores eligimus et constituimus venerabiles
 viros dominos Johannem Helt archidiaconum, Johannem Petri can-
 5 torem ecclesie Ripensis et Johannem Scramb armigerum, commit-
 tentes et mandamus[!] eis, ut ipsi presens testamentum ita fideliter
 ducant in effectum, sicuti in districto examine coram summo judice
 voluerint respondere.

Item solvimus personis infrascriptis: Primo domino Petro Ni-
 6 cholai gradarium rubei coloris cum ornamentis pro x marchis puri
 argenti. Item domino Thrugillo vi marchas puri argenti, quas
 exponet uxor Nicholai Mathie de Haneheret; Johannes Skram
 percepit fidejussionem pro eisdem. Item Ottoni Skriuer gradarium
 grisii coloris cum sella pro xvi marchis argenti. Item Johanni
 7 Friis ij polidros, unus est nigri coloris, alter vero est coloris
 blacchith; isti polidri sunt apud castrum Brincchæ. Item Gamel
 Judæ polidrum unius anni. Item priori fratrum predictorum
 Ripis lagenam buttiri, que jacet in ecclesia Fillingh. In cuius
 testamenti evidens testimonium et cautelam firmorem sigillum
 nostrum una cum sigillis virorum honorabilium, videlicet dominorum

* Saaledes aabent i Orig.

Johannis Helt archidiaconi, Johannis Petri cantoris, Laughonis¹ Mathie, Nicholai Nicholai, Thrugilli Nicholai, Eskilli prepositi in Waretsysæl, Nicholai Johannis, canonicorum ecclesie Ripensis, Johannis Scramb, Johannis Nanneß et Johannis Friis, armigerorum, presentibus duximus apponendum. Datum Ripis anno Domini m^o ccc⁰ lxxx⁰ octavo quarta feria infra octavas beati Andree apostoli.

69.

1391 Dec. 30. *Ærkebiskop Petrus.*

Orig. paa Perg. [med 5 Segl]. Lunde Kapitels Arkiv, nu i Upsala Universitetsbibliothek. Rep. 5837.

In nomine Domini, amen. Nos Petrus Dei gracia archiepiscopus Lundensis; Swecie primas et apostolice sedis legatus, licet propter infirmitatem corporis viribus naturalibus enervatus, mente tamen sani, testamentum nostrum ac ultimam voluntatem ordinamus et disponimus in hunc modum: Primo enim ad fabricam ecclesie nostre Lundensis decem marchas argenti legamus, ubi nostra eligimus sepulturam. Item magnifice principi ac domine nostre gracie domine Margarete, Dei gracia regine Dacie, Swecie et Noruegie, unum ciphum deauratum et unum annulum aureum cum saphiro precioso et unum gradarium, licet eum sibi antea dedimus. Item domino preposito Lundensi unum annulum aureum.⁴ Item domino Swenoni decano annulum aureum. Item domino Gerardo archidiacono annulum aureum, quem prius dedit nobis. Item cuilibet canonico nostro Lundis residenti dimidiam marcham argenti. Item priori Dalbyensi unum annulum aureum, in quo de ligno sancte crucis reliquie sunt reposite, ita tamen quod non alienetur,⁵ sed perpetuis temporibus cum reliquiis observetur, [et] unum cornu. Item conventui ibidem medium marcham argenti. Item cuilibet abbati aliorum monasteriorum et electis medium marcham argenti, et fratribus cuiuslibet monasterii dictorum abbatum *et* marcham argenti. Item domino Jacobo Mus militi, amico nostro⁶ sincero, unum cornu preciosum argentatum. Item domino Abram militi unum cornu argentatum. Item priori fratrum predicatorum Lundis ij solidos grossorum, lectori ibidem i solidum grossorum et fratribus ibidem vi grossos. Item priori Helsingburgis et fratribus suis *et* lagenam butiri. Item domino custodi fratrum minorum,

1 amico nostro sincero, i marcham argenti ^aet fratribus suis sex grossos^a. Item gardiano fratrum minorum Lundis ij solidos grossorum, lectori ibidem i solidum grossorum et fratribus sex grossos. Item monialibus Lundis i lagenam butiri. Item monialibus Bosø unum annulum aureum cum saphiro, quem reponi volumus cum reliquiis, positum tangibiliter Rome supra veronicam Domini. Item monialibus in Byrthinge ^j lagenam butiri. Item domino sacriste seniori i solidum grossorum. Item sacriste juniori ^j marcham argenti. Item custodi chori ij solidos grossorum. Item cuilibet vicario non habenti aliud beneficium sex grossos. Item cuilibet plebano Lundis non visitanti chorum sex grossos. Item cuilibet ecclesie parochiali Lundis iiij grossos et ministro ij grossos. Item campanario ecclesie nostre Lundensis ^j marcham argenti. Item domui sancti spiritus Lundis i solidum grossorum. Item domui leprosorum ibidem i solidum grossorum. Item domui sancti Jo-
 4 hannis Lundis i solidum grossorum. Item domui sancti spiritus in Malmø i solidum grossorum. Item cuilibet altariste ecclesie nostre Lundensis non officianti ecclesias sex grossos. Item domino Eskillo perpetuo vicario i solidum grossorum. Item domino Lau-
 5 renco Achonis canonico nostro Lundensi ambulatorem nostrum bruneum, in quo equitavimus, cum sella et freno, item almucium nostrum cum superpellicio et breviario nostro antiquo. Item Nicolao Tuonis, canonico Lundensi et consanguineo nostro, breviarium nostrum meliorem et sextum decretalium ac formularium nostrum.
 Item domino Johanni cancellario nostro unum par vestimentorum
 6 de panno rubeo Gallicano cum sufforatura de pellibus hermelinis, item ambulatorem griseum et passionarium, ita quod non alienet eum ab ecclesia. Item domino Paulo capellano nostro gradarium brunei coloris cum tunica et sufforatura de pellibus mardalinis et capucio de eodem panno. Item Petro Nicholai avunculo nostro
 7 xx marchas argenti, i jugum boum de melioribus et iiij vaccas, item equicum, quod emimus de domino Laurencio presbitero. Item uxori sue dilecte i peciam panni, que jacet in camera nostra Lundensi. Item Michaeli Dyakn unum clenodium de valore duarum marcharum argenti. Item deputamus pro ipso soluciones nostras in prompta pecunia restantes in Blecongia ad solvendum

^{a)} *Tilføjet i Randen.*

primo Hennikyno Achonis et Benedicto Unge, villanis in Malmøø,¹
 xiiij marchas argenti, in quibus tenemur eisdem ex parte cujusdam
 Petri civis Lubycensis, et postea aliis, quibus nostro nomine obliga-
 tur. Item officiali nostro committimus sub primo, ut sibi pro sex
 marchis argenti, in quibus sibi tenemur, satisfaciat, eciam aliis,
 quibus ex parte nostri tenetur, de hiis coram districto judice raci-²
 onem redditurus. Item Laloni famulo nostro sex marchas argenti
 et unum annulum aureum. Item sorori Petri Nicolai et matri
 domini Nicholai Tuonis x marchas argenti. Item sorori domini
 Nicolai Tuonis cappam nostram blaviam. Item Nicolao Petri
 ij marchas argenti et unum jugum boum. Item cuiilibet familiarium³
 nostrorum de cotidianis ij marchas argenti. Item Cristerno pro
 servicio suo i jugum boum. Item Une vidue longam tunicam cum
 sufforatura et capucio de eodem panno, subducto blavio serico.
 Item Absoloni puero nostro caballum albi coloris. Item puero
 nostro Hermanno x marchas argenti pro caballo suo, quem dedimus⁴
 domine nostre regine. Item committimus domino successori nostro
 ceteros pueros nostros et familiares et specialiter illos, qui fuerunt
 in Swecia ex parte ecclesie, quatinus ipsos amore Dei, sancti Lau-
 encii et nostri recommendatos habean[!]^t, redditurus de hoc summo
 judici rationem. Item cubiculario nostro vestimenta nostra cubicu-⁵
 laria^b. Executores hujusmodi testamenti ac ultime voluntatis nostre
 constituimus et ordinamus venerabiles viros et amicos nostros sin-
 ceros dominos Suenonem Saxthorp decanum, Petrum Symonis cano-
 nicum, dominum Kanutum officialem nostrum et Petrum Nicolai
 avunculum nostrum, rogantes et obsecrantes humiliter propter Deum,⁶
 quatinus in hiis se amore nostri benivole[!]s ostendant, facturi in
 singulis, prout saluti anime nostre expedire neverint et in di-
 stricto examine futuri judicii coram summo Deo voluerint re-
 spondere. Datum Helsingborgis anno Domini mccc nonagesimo
 primo pre[!]festo sancti Silvestri pape, nostro sub secreto una⁷
 cum sigillis dominorum predictorum. Item Nicolao Tempelman
 i polidrum.

^{b)} *Foran cubicularia er Ordet lectisternia overstreget.*

70.

1394 Maj 7. Johannes Petri, Kantor i Ribe.

Orig. paa Perg.: højre Side og Underdelen delvis ødelagte. Ribe Kapitels Arkiv, nu i Rigsarkivet (Ribe Bisp 150). Terpager, Ripæ 55; Rep. 3950 (her under fejl Datum).

In nomine patris et filii et spiritus, amen. Ego Johannes Petri,
 1 cantor ecclesie Ripensis, licet indignus^a, corpore et m[ente adhuc?]^b] per Dei gratiam sanus, timens mortis periculum semper sub incerto tempore in homines irruentis, anno Domini m^o ccc^o [.....^c die] beati Michaelis archangeli testamentum meum de bonis michi a Deo prestitis condo in hunc modum, quod t[estamentum] anno Do-
 2 mini m^occc^oxc^oiiij^d quinta feria, videlicet crastino beati Johannis ante portam Latinam, licet corpore debilis, mente tamen sa[nus, nichil] mutans, sed ratum et gratum habens coram testibus infra-
 scriptis feci publicari: Primo do et lego domino meo E[skillo episcopo] Ripensi meliorem equum, quem habeo, annulum aureum
 3 et cornu argento ornatum. Item recognosco me ten[er]e ecclesie] Ripensi ad fabricam suam in ducentis marchis puri argenti per me pro veris usibus meis ultra ^eferogata [persolvendis^f,] pro quibus reddo et solvo predicte fabrice equas meas indomitas cum polidris et pullis suis, excepta u[na equa, de] qua fit mencio inferius. Item reddo et
 4 solvo predicte fabrice pro pecunia antedicta omnia bona michi inpinge-
 rata [sive per mes^g] empta in Calfslundhæryth, Jællinghsysel, Almind-
 sysel, Harthsysel et Warwithsysel, una cum omnibus stru[cturis in]
 eisdem bonis ex parte mei erectis, et balteum meum argenteum,
 non per me, sed per dominum episcopum Ripensem Lubek in-
 5 pign[eratum], ac duas marchas siliginis, quas tenentur michi et prefate ecclesie beate virginis Nicholaus Swenß, alias dictus Johannes Skyth, habitans in Syøgaardh parochia Breethsteen, et Mathias Smyth, villanus in Wæthel, quas promiserunt pro segete silagineo sumpto per dominum Yuarum Lykke militem, quibus idem ex-
 6 posuit xxx oves in ejusdem siliginis recompensam. Item cuilibet

^{a)} *Terpager urigtigt: infirmus.* ^{b)} *Terpager, paa hvis Tid Orig. aabenbart har haft de samme Lakuner som nu, læser her kun: mente, men der synes at flettes noget mere.* ^{c)} *Terpager har her: xciiij; dette er dog en umulig Udfyldelse af Lakunen, da det i Maj 1394 publicerede Testamente jo ikke kan være oprindelig vedtaget 29. Sept. samme Aar; Johannes Petri døde ogsaa 9. Maj 1394 (SRD. V, 548).* ^{d)} *Terpager: mcccxc. iiij.* ^{e)} *Terpager: templo.* ^{f)} *Terpager: erogatandis.* ^{g)} *Terpager: et.*

aliarum ecclesiarum Ripis unum solidum sterlingorum ad structuram ¹
 suam^b. Item solvo et redbo prefate ecclesie cathedrali ad fabricam
 suam in predicta summa pecunie, quam sibi teneor, omnia utensilia
 mea exceptis hiis, que in hoc testamento distribuero cognatis et
 amicis meis. Item lego ecclesiis Skasteth, Smisthorp et Gadbiergh
 iij oras annone, ipsis equaliter distribuendas. Item ecclesie Wæthelby ²
 lapidem jacentem ante ostium australe, emptum per me pro ix
 solidis sterlingorum coronatorum, et i agrum dictum Hylaager.
 Item ecclesie Wæthel forensi terras, quas emi de quadam Yngæ
 relictâ Tuonis Dieghn, ad aquilonarem partem molendini immediate
 juxta ampñem situatas, non obstantibus premissis terrarum in-
 pigneracionibus suprascriptis. Item lego archidiacono Johanni Helt
 breviarium meum. Item recognosco me teneri eidem archidiacono
 Johanni in xxx marchis Lubicensibus bone monete racione veri
 mutui, michi per ipsum ad solvendum domino Kanuto preposito
 in Jællinghsysel concessi, pro quibus xxx marchis Lubicensibus in-
 pignero sibi hos libros meos, videlicet passionarium [et] compendium
 Thome, et ij ciphos argenteos et dimidiā patellam braxatoriam,
 cuius altera dimidietas sua propria est. Item magistro Ottoni pre-
 posito in Warwithsysel annulum aureum et coclear argenteum,
 habens signum manus benedicentis. Item domino Kanuto preposito ⁵
 in Jællinghsysel cornu bestiale. Item domino Nicholao Syøbo con-
 canonico ij scuta aurea, sibi per me ad studium Pragense concessa;
 tercium vero scutum aureum cum predictis duobus concessum
 solvat et reddat aliis erogandum; pro hiis tribus scutis aureis pre-
 fatis fidejussit Poppe Atteß. Item domino Petro Johannis con-⁶
 canonico summam Monaldi. Item cuilibet aliorum concanonicorum,
 residenciam personalem apud ecclesiam Ripensem facienti et missas
 celebranti, unum solidum grossorum vel equivalens. Item deputo
 ad anniversarium meum per canonicos ibidem annuatim tenendum
 ij solidos grossorum usualis monete, qui sic annuatim distribuan-⁷
 tur, videlicet canonici habeant iij solidos sterlingorum, vicarii vero
 ij solidos sterlingorum; et istos predictos ij solidos grossorum pre-
 visores fabrice ecclesie Ripensis, qui pro tempore fuerint, tamdiu
 annuatim erogabunt et anniversarium meum tamdiu teneatur, ut

^b) *Her ligesom efter Ordet recompensam (S. 160) staar et x[?], der gen-
 tages udenfor i Randen; det antyder vel, at den hele Sætning: Item cuilibet
 er indkommet paa et galt Sted.*

1 predictitur, quamdui predicti previsores de omnibus et singulis
 mobilibus seu immobilibus antedictie fabrice per me deputatis per-
 cipere annuatim potuerint vi marchas Lubicenses in redditibus vel
 valorem earundem. Item ecclesie beate virginis Marie in Breeth-
 steen i equam indomitam cum fundo et aliis terris, michi per
 2 Elizabet relictam Clawys Friis pro xvi marchis Lubicensibus, domino
 Nicholao Martini sacerdoti in Jallingh nomine meo et ad manus
 meas, in placito Thorildhæret in pigneratis. Item domino Hermanno
 plebano solidum grossorum. Item domino Michaeli sacerdoti dimi-
 diam marcham argenti vel equivalens. Item domino Nicholao
 3 Hermanni sacriste vi grossos. Item domino Johanni Jul presbitero
 balteum meum cotidianum, argento reparatum, cum trusorio et
 i polidrum. ⁱItem Petro Iwersß famulo meo et matri sue, quamdui
 alter eorum vixerit, i oram annone, annuatim de previsoribus fa-
 brice ecclesie Ripensis sublevandam. Item sorori sue Elsyf vij ulnas
 4 panni. Item antedicto Petro Iwersß omnes vestes meas, in quibus
 equitare sum consuetus. Item Jacobo Johannis famulo meo meliorem
 equum, quem habeo post equum, datum domino episcopo, cum ven-
 abulo. Item domino Symoni sacerdoti i polidrum. Item Margarete
 ancille mee lagenam butiri, pro qua fidejusserat Lagho Nicholai de
 5 parochia Hyghingh. Item Esgero Petri i bovem sumendum in
 curia ecclesie Skastet vel Smisthorp. Item fratribus predictoribus,
 minoribus et sanctimonialibus ccc panes et iij lagenas cervisie.
 Item domine Elizabet sanctimoniali tunicam meam duplam. Item
 pauperibus, inedias pacientibus et bene viventibus, caldarium de
 6 magnitudine unius lagene ad braxandum, ita quod previsores fa-
 brice Ripensis ecclesie ipsum caldarium in possessione habebunt
 et ipsis pauperibus illud juxta necessitatem ministrabunt. Item sco-
 lis Ripensis iij[?] libros. videlicet Grecismum et ij doctrinalia cum
 glossis suis, tali condicione, quod capitulum eosdem libros in pos-
 7 sitione sua habebit ^k et [scolari]bus[?] vel[?] ipsarum scolarum
 rectori juxta necessitatem cum preaccepta cauzione de salva ipsorum
 librorum restitucione illos ministra[bit]^k ¹ Item Iwaro Thome
 annulum aureum et lances dictas satheffaath. Item relinqu heredibus

ⁱ) Her er i Orig. anbragt et: b, der gentages udenfor i Randen; det svarer til et a længer nede og antyder vel en Ombytning af nogle Sætninger.

^k) Terpager har i Stedet: et distribuet. 1) Udenfor i Randen staar: a; jfr. næstforrige Anmærkning.

meis, videlicet Johanni Petri in Ploghmaan in Tunder 1 omnes terras meas patrimoniales in parochia Randbool, villis Daldower et Vand[al] ^mi lectum paratum, ij ollas, ij amphoras, ij navales cistas et x marchas Lubicense, quas executores testa[menti mei]^m et eisdem reddant. Item Marienne Thomisdatter archam novam. Executores hujus testamenti volo esse predictos 2 dominum Johannem Helt archidiaconum, magistrum Ottонem pre-
positum in W[arwithsysel], Iwarum Thome armigerum, intime
rogans, ut istam ultimam voluntatem meam taliter exequantur et
expedi[ant, sicut coram di]strictissimo judice, ultimo die judicii sing-
ula judicaturo, voluerint respondere. Acta sunt [hec coram viris]³
prenominatis, presentibus pluribus fide dignis testibus convocatis,
videlicet dominis Thrug[illo], Nich[olao Sýbo, Petro] Johannis,
Thetlauo, concanonicis meis, dominis Hermanno plebano, Nicholao
Hermannii sacriste, presbiteris, et Poppone Atteß cine
Ripensi, quorum sigilla una cum sigillo meo presenti huic testa-⁴
mento sunt ap[pensa in] testimonium premissorum.

71.

1396 Febr. 1. Agho Astradi, Væbner.

*Taft Orig. i Ribe Kapitels Arkiv. To Vidisser af 1396 Marts 13:
Rep. 4032-33. Terpager, Ripæ 57; Rep. 4023.*

In nomine Domini, amen. Ego Agho Astradi armiger, licet 5
carne invalidus, compos tamen racionis, testamentum meum de
bonis meis ordino in hunc modum: Primo do et lego ad ecclesiam
beate Marie Ripis, ubi meam eligo sepulturam apud fratrem meum,
caballum meum grisei coloris cum freno, sella et suis ornamentis.
Item capitulo Ripensi omnia bona mea sita in parochia^a Wæthelby, 6
que a quodam Finnik nomine armigero juste empacionis titulo
acquisivi, et cum hoc curiam unam, quam similiter emi de quadam
vidua et Nicholao ^bTostiß ac Thrugillo^b Tostiß, filiis ejus^c, in
termino Elnd^d dicto situatam, cum omnibus suis pertinenciis, michi
in placito Broskughæræth scotata, pro anniversariis mei^e, uxoris mee^f
dilectæ Margarete Jensdater, filiorum et fratum meorum annuatim

^m) Fattes hos Terpager.

^a) Terpager urigtigt: oppido. ^b) Oversprunget af Terpager. ^c) Ordet
fattes i den anden Vidisse. ^d) Sstds.: Eldn. ^e) Terpager: meis.

1 in ecclesia Ripensi secundum quantitatem reddituum bonorum
 eorundem fideliter observandis, ita tamen quod dominus Petrus
 Jenß canonicus Ripensis habeat hujusmodi bona ad dies suos et
 exinde anniversaria nostra, prout superius est expressum, faciat cele-
 brari. Item fratribus predictoribus Ripis marcam argenti. Item
 2 ecclesie beati Clementis ibidem dimidiā marcam argenti, et com-
 mendatori ordinis sancti Johannis tantum. Item ecclesie beati Nicho-
 lai solidum grossorum. Item monialibus ibidem tantum. Item
 cuilibet ecclesie Ripis prius non nominate solidum grossorum. Item
 pauperibus scolaribus marcam argenti. Item monasterio Nørkloster
 3 sito in Amorsysel quatuor marcas argenti. Item ecclesie trium
 Mariarum ibidem duas marcas argenti. Item ecclesie Swenstorp,
 ubi natus sum, ij marcas argenti. Item ecclesie sancti Andree in
 Seem ij marcas argenti. Item fratribus minoribus in Randrus
 ij marcas argenti. Item ecclesie beate virginis ibidem i marcam
 4 argenti. Item ecclesie beati Nicholai in 'parochia Enslef' marcam
 argenti. Item monasterio Aesenbec ij marcas argenti. Item domino
 Nicholao Johannis canonico Ripensi, penitenciario meo dilecto,
 ij marcas argenti. Item fratribus minoribus in Horsnes ij marcas
 argenti. Item fratribus sancti Johannis ibidem marcam argenti.
 5 Item cuilibet ecclesiarum ibidem solidum grossorum. Item do
 fratribus minoribus Ripis ij marcas argenti. Item domino Petro
 Jenß hospiti meo iij florenos. Item domine Marienne Piksteens
 iij florenos. Item Thitmaro Tidemann iij marcas argenti. Item
 domine Elene uxori ejus marcam argenti. Item Talik filie ejusdem
 6 Thytmari marcam argenti. Item do et lego Johanni Thuriß famulo
 meo dimidium frustum panni brunei coloris et cum hoc quatuor
 marcas argenti, quas sibi^s quidam Wendelbo ad manus promisit^h;
 si vero solute sunt, nichilominus eas sit habiturus. Item cuidam
 Swenoni nomine palefridum meum nigri coloris cum sella et freno.
 7 Item cuidam Magno nomineⁱ, famulo meo, equum brunei coloris.
 Item cuidam Stoor nomine, famulo meo, solvo xx marcas Lub-
 censes. Item Nicholao Jacobi^k solvo tantum. Item cuidam Hiort
 nomine solvo tantum. Item Nicholao Heggidal solvo tantum.
 Item solvo Swenoni Glinder x marcas Lubicenses. Item solvo

^{f)} *Terpager*: pago Crislef. ^{g)} *Ordet glemt hos Terpager*. ^{h)} *Terpager*:
permisit. ⁱ⁾ *Ordet fattes i den anden Vidisse*. ^{k)} *Sstds.*: Jacobo.

Nicholao Myrk tantum. Si vero isti duo sunt mortui, extunc in-¹
jungo heredibus meis ipsorum exequias fideliter operari. Ad istius
testamenti executores eligo discretos viros, videlicet Jonam Niclæss,
Aughonem Thome, quendam Heggidal nomine et Aghonem Petri,
armigeros, committens¹ eis, ut ipsi presens testamentum adeo
fideliter et efficaciter exequantur, prout coram summo judice in ²
districto examine^m voluerint respondere. In ejus rei testimonium
et cautelam firmorem presenti testamento sigillum meum una cum
sigillis venerabilis patris et domini domini Eschilli, divina providencia
episcopi Ripensis, ac aliorum dominorum et fidei signorum, videlicet
Laghonis Mathie, Nicholai Johannis, Petri Johannis, canonicorum ³
Ripensium, Johannis Asceri ejusdem domini episcopi capellani,
Thytmari Tidemanni proconsulis Ripensis et Laghonis Nicholai
armigeri, duxi apponendum. Datum et actum anno Domini
m^occc⁰xc sexto in profesto purificationis beate Marie virginis
glorioso.

72.

1398 Aug. 11. Yda Pethersdother, Thorkil Nielssøns Efterleverske.

Tabt Orig. i Lunde Kapitels Arkiv. Afskr. i Lundebogen S. 208 med
Overskrift: Testamentum domine Yde de Gladsaxe, in quo tantum fit mencio
de fundacione altaris ipsius in ecclesia Lundensi et presentacio persone ad illud.
Rep. 4212.

In nomine Domini, amen. Ego Yda Pethersdother, relicta ⁴
Thorkilli Nielssøns, licet in lecto egritudinis constituta, mentis mee
tamen per graciam Dei compos et incolmis, ex pluribus evidentis-
simis signis experta tempus hominis super terram umbre fore trans-
itum fugitive, liquideque patet, nullum omnino hominem quicquam
de universis opibus temporalibus abhinc secum translaturum nisi ⁵
ea dumtaxat, que in pietatis opera misericorditer largiuntur, idcirco
de bonis michi a Deo collatis saluti anime mee cupiens previdere,
testamentum meum in hunc modum ordino et dispono: Primo lego
claustro minorum Roskildis, ubi in capella progenitorum meorum
meam eligo sepulturam, xx marchas argenti sub tali condicione, ⁶
quod anniversarium meum ipso die obitus mei per fratres conven-
tuales ejusdem claustrum missis et vigiliis annuatim perpetue

1) *Sstds.*: committentes. m) *Sstds.*: judicio.

1 celebretur. Item predictoribus ibidem i marcham argenti. Item
 claustrorum monialium, videlicet beate virginis, beate Agnetis et
 sancte Clare ibidem, cuilibet i marcham argenti. Item infirmis
 domus sancti spiritus ibidem i marcham argenti. Item leprosis in
 hospitali ibidem i marcham argenti. Item minoribus fratribus
 2 Haffnis i marcham argenti. Item ecclesiarum beate virginis et
 sancti Nicolai ibidem, cuilibet i marcham argenti. Item infirmis
 domus sancti spiritus ibidem i marcham argenti; leprosis ibidem
 unam marcham argenti. Item sanctimonialibus in Slangorp i mar-
 cham argenti, predictoribus in Holbeck^a i marcham argenti. Item
 3 minoribus in Kalendeborgh i marcham argenti. Item predictoribus
 in Næstwith i marcham argenti. Item minoribus ibidem i mar-
 cham argenti. Item infirmis domus sancti spiritus ibidem i mar-
 cham argenti. Item leprosis ibidem i marcham argenti. Item
 ecclesiis beatorum Petri et Martini ibidem ij solidos grossorum.
 4 Item plebanis earundem ij solidos grossorum. Item ministris earum
 i solidum grossorum. Item monasterio sancti Petri de ordine
 sancti Benedicti Næstwed x marchas argenti. Item monachis con-
 ventualibus ibidem iiiij marchas argenti. Item domino Matheo
 abbatii ibidem balteum meum argenteum. Item monasteriorum,
 5 videlicet Sore, Esrom, Eblott, Knardorp, Ringstathe et Antworskow,
 cuilibet i marcham argenti. Item ecclesie Jæthenslöff i marcham
 argenti. Item ecclesie sancti Laurencii Lundis x marchas argenti
 in redempcionem tabule, in ornamentum summi altaris noviter
 fabricate. Item monasteriorum, videlicet predictorum, minorum,
 6 monialium, Benedictinorum ibidem, cuilibet marcham argenti. Item
 infirmis domus sancti spiritus ibidem marcham argenti. Item
 leprosis^b ibidem i marcham argenti. Item predictoribus in Hæl-
 sinborg i marcham argenti. Item minoribus in Trælaburg i mar-
 cham argenti. Item minoribus Ystadis i marcham argenti et
 7 domui sancti spiritus ibidem tantum. Item monasteriorum Byr-
 dinge, Boosø, Hærishade, Beckeskow et Øuith cuilibet i marcham
 argenti. Item predictoribus Aosie i marcham argenti. Item mo-
 nasterio beati Petri in Tummorp x marchas argenti. Item fratribus
 conventionalibus ibidem quatuor marchas argenti. Item Bertoldo fratri
 converso ibidem, quondam fideli servitori patris et maritorum meorum,

^{a)} *Afskr.*: Holbrek. ^{b)} *Afskr.*: reprosis.

curiam unam in Stigby, in qua Olauus Howeth residet, cum omni-¹
bus pertinenciis suis, mobilibus et immobilibus, humidis et siccis,
omnibus diebus vite sue libere possidendam, quo defuneto ad manus
heredum meorum libera revertatur. Item hospitali leprosorum
prope Tummorp duas marchas argenti. Item ecclesiarum Skipper-²
løff, Maglehiem, Brusarp, Hundæby, Lunkænde, Jerlæstathe, Stigby,²
Borby, Qweristathe, Smisthorp, Rykinge, Æwerløff, Gøtheløff, Ingel-³
stathe, Hardagre, Redhersløf et Thorløse, in quarum parrochii
bona possideo, cuilibet i solidum grossorum; plebanorum earum
cuilibet unum solidum grossorum; ministrorum earundem cuilibet
vi grossos. Item ecclesie Harestathe, ubi infantes mei sunt sepulti,³
iiij marchas argenti^c. Item monasterio sanctimonialium, per Dei
graciam de novo in Gladsaxe fundando, curiam meam in Symbers-⁴
haffn dictam Thorkil Niels storegard cum suis pertinenciis uni-⁴
versis, mobilibus et immobilibus, cultis et incultis, humidis et siccis,
perpetue possidendam, sub tali condicione, quod due misse, videlicet
una de domina et alia pro defunctis, in remedium animarum dilec-⁵
torum maritorum meorum, videlicet Thorkilli Niels et domini Jo-
hannis Snakenborgis militis, ac progenitorum suorum et anime mee
et parentum meorum ibidem omnibus et singulis diebus annuatim
perpetue celebrentur. Item eidem monasterio molendinum dictum⁵
Lawerwatsmølle, situm in parrochia Maglekøpinge, cum aggere suo
dicto dam et cum suo damsbond necnon cum omnibus et singulis
suis pertinenciis, prout predictus Thorkillus Niels ipsum post obitum
progenitorum suorum legitime hereditavit. Item eidem monasterio
totum opidum meum Raskerum et totum Raskerumsfang et molen-⁶
dinum aquaticum dictum Raskerumsmølle in parrochia Lunkende,⁶
provincie Albohæret, cum universis ac singulis suis pertinenciis,
videlicet silvis, piscaturis, humidis et siccis, nullis exceptis ad ipsa
bona spectantibus, item totum opidum meum, Thoordorp videlicet,⁷
cum curia sua capitali, cum omnibus curiis suis colonariis et in-⁷
quiliariis ejusdem opidi ac cum fundo molendini pronunc deso-
lati, sito ibidem, cum aggere suo dicto dam et cum suo damsbond
necnon cum universis et singulis suis pertinenciis, videlicet silvis,
piscaturis, humidis et siccis, nullis ipsa bona concernentibus exceptis,
que bona sita sunt in parrochii Hwidæby et Raflunde in predicta

^{c)} Herefter i Afskr. et Afsnitsmærke.

1 provincia Albohæret, sub tali condicione, quod predicte due misse
 in remedium animarum nostrarum predictarum annuatim et quoti-
 die perpetuis temporibus cantando solemniter celebrentur. Item
 eidem monasterio duas curias meas colonarias cum duabus curiis
 inquilineis, dictis fæster, in parrochia Jærestath sitas, in quarum
 2 curiarum colon[ar]iarum una Nicolaus Jenss et in alia Tulo pronunc
 resident, cum omnibus et singulis predictarum curiarum pertinenciis,
 mobilibus et immobilibus, humidis et siccis, nullis ad ipsa bona
 spectantibus exceptis, quibuscumque censeantur nominibus, perpetue
 possidendas, sub tali condicione, quod vinum, oblate et facule pro
 3 pensionibus et redditibus curiarum predictarum annuatim compa-
 rentur ac in eodem monasterio ad missas in honorem Dei quotidie
 et perpetue ministrentur. Item eidem monasterio equicium^d meum
 dictum stood sub tali condicione, quod polidri de predicto equicio^d
 provenientes pro panno, habitui sororum ibidem conventionalium con-
 4 venienti, annuatim vendantur, qui pannus eis in vestimenta annue
 et perpetue ministretur. Item eidem monasterio annulum meum
 aureum ciphumque meum argenteum cum tectura sua argentea, per
 dominam meam reginam Margaretam et dominum meum episcopum
 Roskildensem dominum Petrum caritative collatos, sub tali condi-
 5 cione, quod predicti annulus aureus et ciphus argenteus cum tectura
 in memoriam dicte domine mee ac prefati domini mei episcopi
 Roskildensis pro clenodiis abbatisse ejusdem monasterii perpetue
 conserventur. Item pauperibus ubicumque locorum Deo devotis
 x marchas argenti. Item domino Johanni Falster cantori Lundensi
 6 gradarium quatuor marcharum argenti. Item fratri Hinrico gardi-
 ano Næstwedis gradarium quatuor marcharum argenti. Item do-
 mine mee regine gracie Margarete ac michi in Christo carissime
 gradarium meum nigrum. Item domino meo episcopo Roskildensi
 domino Petro unum polidrum caballinum. Item consanguinee
 7 mee domine Anne Geretsdother unum annulum aureum. Item con-
 sorti mee domine Margarete unum annulum aureum. Item domine
 Katerine, relicte fratris mei domini Eskilli Falk, unum annulum
 aureum. Item Henrico Offeß curiam meam in Ammarp cum omni-
 bus adjacenciis suis, per fratrem meum Boetium Falk pro x mar-
 chis argenti sibi prius impigneratam, lego et scoto perpetue possi-

^{d)} *Afskr.*: equirium.

dendam. Item cuilibet quatuor filiarum ejusdem x marchas argenti. 1
 Item Sophie filie domini Gerardi Snageburgis militis x marchas argenti. Item cuilibet filiarum domini Heynonis Snakenburgis militis x marchas argenti. Item monasterio beate Brigide in Wastene quinque marchas argenti. Item claustro minorum in Junacopia quinque marchas argenti. Item Beroni Petri quondam advocateo 2
 meo equum viij marcharum argenti. Item cognato meo Haquino Jenß equum iiiij marcharum argenti. Item Yde matri ejusdem duas marchas argenti. Item Tidichino Bend, uxori et pueris suis x marchas argenti. Item Jacobo Skaal et uxori sue x marchas argenti. Item hospiti meo in Malmoghe duas tunnas butiri et uxori 3
 sue unum annulum aureum. Item consanguinee mee Mette Jænesß-dather x marchas argenti, unum lectum paratum cum suis pertinenciis, togam meam nigram, pellibus speri[?]olinis subductam, duas vaccas, x oves, duo pond brasii, ij pond farine et quatuor pernas lardi. Item filie sue Sophie Knutsdother x marchas argenti, unum 4
 lectum paratum, tunicam meam nigram cum pellibus speriolinis subductam, duas vaccas, x oves, ij pond brasii, duo pond farine et quatuor pernas lardi. Item Yde Themmesdother cognate mee ij marchas argenti. Item filie sue maritate ij marchas argenti. Item filie sue innupte nomine Yde sex marchas argenti. Item 5
 Jone Magni, scolastico in Skowkloster, iij marchas argenti. Item puelle mee Cristine Pethersdother togam meam griseam cum pellibus marskin subductam, unum lectum paratum et x marchas argenti, quibus sibi proventam in aliquo monasterio valeat comparare. Item Lucie nane, dicte dwerghinæ, octo ulnas panni, unum 6
 lectum paratum et x marchas argenti, quibus sibi proventam in aliquo claustro sanctimonialium valeat comparare. Item puelle mee Ingemoot quatuor marchas argenti, tunicam meam griseam, unum lectum paratum, unam vaccam et x oves. Item puelle mee Heemfrydi ij marchas argenti, tunicam meam parvam nigram, unam 7
 vaccam et x oves. Item ancille mee Cecilie iij solidos grossorum. Item servo meo Hiort quatuor solidos grossorum. Item cursori meo Martino i marcham argenti. Item pueru Petri Diægn, Gudmundo, ij solidos grossorum. Item pueru meo Andree i marcham argenti. Item pueru meo Aggoni Jenß equum octo marcharum 8
 argenti. Item scriptori meo Petro Diægn intuitu longiturni servicii sui omnia bona mea in Glemmyngistogorp in parrochia Glæmminge

1 in provincia Ingelstathehæret situata, que sunt tres curie, cum omnibus et singulis pertinenciis suis, mobilibus et immobilibus, cultis et incultis, humidis et siccis, omnibus diebus vite sue libere possidenda; sed eo defuncto bona eadem ad manus heredum meorum libera revertantur. Item presento Johannem Andree, filium
 2 Andree Thoordß, quondam famuli dilectorum maritorum meorum et mei, ad acceptandum altare cum prebenda in ecclesia sancti Laurencii Lundis de propriis bonis meis dotatum juxta articulos et condiciones in litteris meis apertis super dotacione et bonis ejusdem prebende contentos; quas quidem litteras apertas domino Johanni
 3 Falster cantori Lundensi una cum litteris originalibus omnium bonorum ejusdem prebende ad manus fideles tradidi conservandas. Ne igitur in vanum laborasse videar in premissis, exequatores et distributores testamenti hujus et ultime voluntatis mee eligo et constituo illustrissimam principem ac dominam dominam Margar-
 4 retam, Woldemari Danorum regis filiam, et reverendissimum in Christo patrem dominum Petrum episcopum Roskildensem tamquam specialissimos amicos meos, in quos majorem pre ceteris aliis viventibus gero confidenciam, qui se in exequendo et distribuendo supradictum testamentum meum favorabiles et sollicitos reddant, prout
 5 anime mee neverint expedire necnon prout coram summo et distrito judice, dum ultima discussio venerit meritorum, voluerint respondere. Ut autem ad exequendum et distribuendum predictum testamentum, cuius summa universalis in trecentas quadraginta septem marchas argenti et in duos solidos grossorum se extendit, et ad
 6 solvendum debita mea, quorum valoris summa est ducente sedecim marche argenti et unus solidus grossorum, devotis precibus meis inclinati amore omnipotentis Dei ob remedium anime mee favorabiliores et attenciores reddantur, sibi omnia bona mea et singula in Hæræstathe, omnia bona mea in Tundby, omnia bona mea in
 7 Lundorp in Ingelstathehæret sita, omnia bona mea in Borgby, omnia bona mea in Kamstathe, cum molendino meo aquatico ibidem, in Jærlæstathehæret sita, unam curiam meam in Brusorp in Albohæret sitam, omnia bona mea in Tapheem, omnia bona mea in Løneholt ac omnia bona mea in Frørom cum omnium jam
 8 dictorum bonorum ac ejusdem molendini in Kamstathe pertinenciis universis, mobilibus et immobilibus, cultis et incultis, humidis et siccis, nullis ad ipsa bona spectantibus exceptis, quibuscumque

censeantur nominibus, nisi duntaxat bonis per apertas litteras meas 1
 quibuscumque ecclesiis vel personis qualicumque modo dimissis vel
 scotatis, perpetue vel ad tempus possidendis, que in suo pleno vi-
 gore maneant effi[ca]cia, per presentes per modum impigneracionis
 committo regenda et in manus ipsorum trado et assigno libere
 possidenda, quoisque annuis pensionibus ac legitimis serviis omnium 2
 predictorum bonorum meorum supradictum testamentum meum una
 cum debitis meis prelibatis per eosdem exequatores meos fuerit
 plenarie et integraliter persolutum. Persolutis vero debitis meis et
 testamento meo supradictis, omnia et singula jam predicta bona
 mea ac molendinum cum eorum pertinenciis et specialiter estima- 3
 cionibus dictis holtzpenninge, ut premittitur, universis absque omni
 diminuione eorundem ad manus filiorum fratris mei libera rever-
 tantur. Si autem filios fratris mei infra veram, justam et legitti-
 mam predictorum testamenti et debitorum meorum persolucionem
 mori contigerit, extunc omnia et singula bona mea jam premissa cum 4
 ipsorum pertinencie universis, mobilibus et immobilibus, humidis et
 siccis, nullis ad predicta bona spectantibus exceptis, quibuscumque
 censeantur nominibus, cedant monasterio sanctimonialium in Glad-
 saxe de novo fundando, perpetue et libere possidenda; proviso eciam
 summopere, quod si predictam dominam meam reginam Marga- 5
 retam et dominum meum episcopum Roskildensem dominum Pe-
 trum infra plenariam exsequacionem ac distribucionem predicti testa-
 menti mei ac predictorum debitorum meorum integrum persoluci-
 onem mori contigerit, quod Deus avertat, extunc ^eloco eorum^e ad 6
 exsequendum, distribuendum et persolvendum restancias testamenti
 et debitorum meorum dilectos consanguineos meos dominos Gerardum
 Snakenborgis et Johannem Falk, milites, substituo ac subdelego,
 qui in supplendo restancias premissorum, prout in ipso confido,
 salutem animarum suarum et anime mee fideliter operentur. In 7
 quorum omnium premissorum testimonium et evidenciam firmorem
 sigillum meum una cum sigillis honorabilium virorum, dominorum
 videlicet Mathei abbatis monasterii beati Petri Næstwed, Erici
 Bydelsbagis, Petri Fynkenows, militum, ac Johannis Gyrstingis,
 judicarii placiti generalis terre Selendie, presentibus est appensum.
 Datum in Skowlkloster anno Domini mccc nonagesimo octavo crastino
 beati Laurencii.

e) *Afskr.: locorum.*

73.

1400 Marts 2. Henrik Soniksen.

Orig. paa Perg. [med 4 Segl]; Paaskrift: De Vyrløf. Logum Klosters Arkiv, siden i Oldnordisk Museum, nu i Rigsarkivet. — Begyndelsen afskrevet i Løgumbogen: SRD. VIII, 80. Rep. 4324.

1 In nomine Domini, amen. Anno ab incarnatione Domini m^occcc^o die martis in carnisprevio, considerans carnis infirmitate detentus, quod homo mortalis nichil de mundo aufert preter opera, quibus vel justificetur vel dampnetur, dum adhuc michi facultas superest atque de rebus meis secundum divinam voluntatem disponere atque anime mee previdere, testamentum ergo meum dispono per hunc modum: Primo lego monasterio Loci Dei, ubi cum parentibus meis meam eligo sepulturam, omnia bona mea, que habeo in Apald in Tønderhæret^a, et omnia mea bona in Byarkaløf parochie Ader in Hwidinghæret^b ea condicione, quod fratres dicti monasterii semel quolibet anno meum et parentum meorum anniversarium cum viginti sacerdotibus tenere debeant honesto modo atque competu[.]nti^c. Item ecclesie beate virginis Marie Ripis i marcham argenti. Item ecclesie beati beati[!] Vincencii in Graam solvere teneor duas marchas Lybenses. Item parochiali ecclesie mee in Tyslund teneor in ij marchis Lybicensibus et duas marchas Lybenses sibi dono. Item unicuique ecclesie in Nørrearrangstorphæret i solidum grossorum. Item domino Johanni Galen presbitero i marcham Lybicensem. Item domino Johanni Pynzdagh presbitero teneor in i marcha Lybensi et do sibi polidrum duorum annorum de equicio meo. Item fratribus minoribus Ripis i oram annone. Item fratribus predictoribus ibidem i oram annone. Item fratribus minoribus Tundris i oram annone. Item unicuique sacerdotum in Løghm claster solidum grossorum. Item teneor claustro Løghm in xvij marchis Lybicensibus ratione pensionis de bonis eorum, quos locacionis titulo teneo. Item teneor Hennikino Amun[?] Ripis vij marchis cum xij solidis Lybicensibus. Item magistro Johanni ibidem xi marchis et v oris annone. Item Laghoni tymberman Ripis in nullo teneor, ut credo, et si ille credit, quod sibi teneor,

^{a)} Afskr.: Abyld in Tunder herret. ^{b)} Afskr.: Bierkeleff parochiaæ Wodher.

^{c)} Afskr.: competenti. Her standser Afskriftten.

cum heredibus meis computabit. Hoc autem testamentum meum,¹ quod ego Henricus Sonikß condo secundum ultimatum voluntatem meam, volo, ut mei heredes exequantur, secundum quod volunt coram Deo respondere; reliquam autem computacionem meam habet dominus abbas de Løghm, cui volo ut credatur.

Paa en ved Seglremmene tilhæftet Seddel: Et ego Petrus Sturæ,² gener dicti Henrici Sonikß, donacioni et testamento hiis presentibus expressis et annexis consencio, sigillum meum tamquam ipsius verus heres apponens et volens dictum testamentum inviolabiliter conservare, et ego Petrus Erikß de Koxbølæ tamquam testis et presens, dum hujusmodi testamentum conficeret idem Hynricus, sigillum meum appono, et ego³ Petrus Ughæ eciam sigillum meum appono tamquam verus testis, quia presens premissis interfui. Anno et die in testamento hic annexo prelibatis.

74.

[o. 1400] Aug. 24. Nicholaus Jenssøn af Knestorp.

Orig. paa Perg. [med 4 Segl]. Lunde Kapitels Arkiv, nu i det svenska Rigsarkiv.

In nomine Domini, amen. Ego Nicholaus Jenssøn de Knestorp,⁴ licet corpore sum debilis, mente tamen sanus, de bonis mundanis michi a Deo concessis et collatis testamentum meum ordino et dispono in hunc modum: Primo do, lego et libere assigno ecclesie et capitulo Lundensi curiam meam in Malmøghæ cum omnibus suis pertinenciis juxta balneum ecclesie ibidem sitam, quam quidem⁵ curiam justo empacionis tytulo de domino Andrea Martini legaliter acquisivi, pro anniversario meo in dicta ecclesia Lundensi annuatim tenendo per hunc modum, videlicet quod redditus de dicta curia provenientes in tres partes dividantur; prima cedat fabrice ecclesie predicte pro structura sua, secunda canonicis, tercia vicariis, pauperibus et pro missis, de qua in turri ora. Item uxori mee dilecte Botildi curiam meam in parrochia beati Botolphi juxta cimiterium ad austrum situatam cum uno lecto parato meliori. Item ecclesie Knestorp i vaccam. Item curato ibidem i vaccam. Item ministro ibidem vi grossos. Item ecclesie sancti Botolphi i solidum grossorum. Item curato ibidem i vaccam. Item ministro ibidem vi grossos. Item ecclesie sancti Martini iż tylth asserum. Item

1 ecclesie Stephani i solidum grossorum. Item fratribus predicatorum i solidum grossorum. Item fratribus minorum i solidum grossorum. Item infirmis in domo leprosorum i lectum paratum. Item pauperibus mendicantibus i pernam lardi, ij lagenas potus cum i centenario 2 panum. Item filio meo dilecto Johanni Nicholai i annulum aureum. Item genero meo dilecto Parogh i annulum aureum. Item uxori ipsius, filie mee Benedicte, i coclear argenteum. Item Johanni Petri, nepoti meo in Raby, i annulum aureum. Item uxori ipsius i coclear argenteum. Item Magno institori Lundis 3 i annulum aureum. Item uxori ipsius i coclear argenteum. *Item Gødekino sutori i solidum grossorum et uxori sue i coclear argenteum. Item Hermanno sutori vi grossos^a. Item domino Thorstano i pernam lardi. Item Johanni famulo meo i equum rubei coloris et blesiith cum sella et freno. Item Nicholao famulo meo 4 i vaccam. Item Elene condam ancille mee i vaccam cum vi ovibus. Item Cristine ancille mee i juvencam. Item matri uxoris mee Arine i vaccam. Item nepti mee Cristine Stenkwis i amphoram. Exequatores autem hujus testamenti mei constituo honorabiles viros et discretos, videlicet dominos Nicholaum Tuonis et dominum Siuidum, 5 canonicos Lundenses, et Johannem apud sanctum Botolphum presbiterum, rogans eos propter Deum, ut presens testamentum meum sic ducant in effectum, prout coram summo Deo voluerint respondere ac saluti anime mee neverint expedire. In cuius rei testimonium sigillum meum una cum sigillis predictorum exequitorum 6 meorum presentibus est appensum. Actum et datum Lundis ipso die beati Bartholomei apostoli gloriosi.

75.

1404 Maj 1. Sven Saxstorp, Degn i Lund.

Perg. [med 6 Segl]. Lunde Kapitels Arkiv, nu i det svenske Rigsarkiv. Svenskt Dipl. från 1401, I, 339. — Afskrift i Lunde bogen S. 234. Rep. 4627. Jfr. Gavebøgerne S. 55.

7 In nomine Domini, amen. Ego Sweno Saxstorp decanus Lundensis, considerans verbum beati Augustini in quadam omelia de

^{a)} Tilføjet ved Foden af Brevet.

senectute et senis hominis diversis incommodis sic dicentis: Quamvis 1
 morbus adesse non videtur, tamen tota vita senis egritudo est,
 cuius veritatem habeo non minus experientia quam scriptura, in-
 venioque, quod cum omnibus generaliter et indifferenter, maxime
 tamen senibus, quibus mors est in foribus, extrema insania est
 negocium anime in necessitatibus articulum protrahere et differre, 2
 redeunte igitur spiritu meo ad Dominum, qui dedit illum, testa-
 mentum meum de bonis michi a Deo concessis ad ejus honorem
 et laudem ac anime mee remedium feceram et ordinaveram in
 hunc modum: Primo ad fabricam Lundensis ecclesie, in qua meam 3
 eligo sepulturam, do et lego unam curiam in Syndra Hwidinge cum
 omnibus suis adjacencis et pertinenciis universis, quam primo redemi
 de Tukone Olsß de hospitali pro viginti solidis grossorum ac viginti
 solidis Lybicensibus et postea de Laurencio Trugilli et matre sua
 Margareta juste empacionis et scotacionis tytulo coram venerabili
 patre domino Nicholao archiepiscopo Lundensi, felicis recordacionis, 4
 acquisivi, in qua residet Olauus Andree, dans nunc pro pensione
 quatuor solidos annone et habens in estimacione tres marchas de-
 nariorum bonorum et unam oram annone, cuius redditus sive pensio
 libere cedat ecclesie supradicte. Item confero ad fabricam dicte
 Lundensis ecclesie curiam meam in Malmøghæ sitam, quam habet 5
 in conductu Gyslæ, relicta condam Jacobi Alffß, pro annua pen-
 sione quinque marcharum argenti, omni anno certo termino sol-
 vendarum, tali condicione, quod tutores dicte fabrice, qui nunc sint
 vel qui pro tempore fuerint, duo aniversaria de prefate curie pen-
 sione [*teneant*], unum pro me cum una marcha argenti, in choro 6
 Lundensi et inferius in ecclesia per modum, qui sequitur, dividenda:
 primo canoniciis, qui ipso die anniversarii mei vigiliis et misse ani-
 marum interfuerint, dabuntur duo solidi grossorum, vicariis, qui
 similiter interfuerint, viginti quatuor sterlingi^a, celebrantibus missas
 inferius in ecclesia octo grossi, prebendariis in choro, qui similiter 7
 interfuerint, ij grossi, pauperibus scolaribus et aliis mendicantibus
 decem grossi, ^bitem predictoribus ij grossi, item fratribus minori-
 bus ij grossi, item monialibus Lundis ij grossi^b, pulsantibus in turri
 ij grossi; item secundum anniversarium, videlicet Bertholdi Piil et

^{a)} *Gavebogen angiver: 8 grossi.* ^{b)} *Staar ved Foden af Orig., men med et Mærke, der angiver, at det skal indsættes her.*

1 Benedicte, uxoris sue et sororis mee, dicti tutores consimili modo
 ut meum de antedicta curia teneant; residuum vero pensionis curie
 pro usibus dictae fabrice Lundensis ecclesie reservetur. Item con-
 fero ad collegium sacerdotum parochialium Lundis tabernam meam
 juxta lapidem piscium ad partem orientalem sitam, contiguam
 2 taberne Nicholai Hemmingsß, quam emi et habui de Eskillo Nielsß
 condam cive Lundensi, cum adjacenciis et pertinenciis suis
 universis, hac condicione, quod dicti sacerdotes duo anniversaria
 tenere debeant omni anno apud altare eorum in dicta Lundensi
 ecclesia, unum pro anima fratris mei domini Jone Saxtorp, sequenti
 3 die post anniversarium suum habitum in choro, cum una missa
 cantata et duabus missis lectis cum recommendacionibus, ut moris
 est, ad ejus sepulcrum, alterum vero pro me et parentibus meis,
 eciam sequenti die post anniversarium meum in summo choro
 celebratum, consimili modo et cum totidem missis, ut superius est
 4 expressum; pensio vere dicte taberne in tres dividatur partes eequales,
 prima cedat ipsis sacerdotibus, qui in anniversario et missis pre-
 dictis presentes interfuerint et ad offerendum, secunda pauperibus
 scolaribus et aliis me[n]dicantibus erogetur, et tercia usibus dicti
 collegii reservetur. Item domino meo generoso domino Jacobo
 5 archiepiscopo Lundensi unam crateram argenteam cum uno missali.
 Item capitulo Lundensi librum, qui dicitur repertorium juris, cum
 pluribus libris in uno volumine, quem condam possedit dominus
 Nicholaus Bunkæflo. Item domino preposito unum cornu deargen-
 tatum. Item domino archidiacono i cornu. Item domino cantori
 6 i coclear argenteum, signatum cum veronica. Item domino Petro
 Duæ compendium theologie, item sibi x lances Pragensis fac-
 ture cum totidem parvis scutellis stanneis. Item domino Jo-
 hanni Jacobi i coclear argenteum. Item domino Uffoni i pund
 brasei. Item domino Hartuico i par flaskonum. Item domino
 7 Johanni Most partem de rosario a[r]chidyaconi. Item domino
 Laurencio Achonis librum, qui dicitur Mandagotus. Item domino
 Eskillo unum par cultrorum facture Pragensis. Item domino Siuido
 i candelabrum cupreum. Item domino Nicholao Tuonis rationale
 divinorum officiorum. Item domino Petro Michaelis librum de
 8 doctrina christiana, qui incipit: Moyses, cum quo loquebatur Do-
 minus, et glosam super psalterium. Item domino Michaeli Thursß
 librum de viciis et remedii contra vicia. Item domino Petro

Th[r]ygilli lecturam quandam super decretales. Item domino Bene-¹
dicto encherideon beati Augustini cum exposicione genesis. Item
domino Petro Ysacsß legisterium in latino. Item domino Jacobo
de Høghby formam judicialem. Item domino Mathie Benedicti
questiones ethicorum. Item domino Jacobo Magni scolastico
i librum sermonum de adventu Domini, quem habet. Item domino ²
Nicholao Stephani sacriste unum mantellum subductum cum variis.
Item domino Laurencio custodi chori laternam meam manualem.
Item domino Johanni Boß i librum sermonum, qui incipit: Contra
Faustum, et librum beati Augustini de vera innocencia. Item
domino Petro Fugl epistolas cum evangeliis, extractum biblie et ³
summam Johannis Beleth. Item domino Johanni Jacobi juniori
i extractum biblie. Item domino Thrygillo Benedicti i librum
sermonum, qui incipit: Aspiciebam in visione noctis. Item deputo
breviarium **meum** vendendum pro prompta pecunia taliter dividenda:
primo fabrice ecclesie Lundensis i marcham argenti, vicariis unam ⁴
marcam argenti, pauperibus scolaribus et aliis mendicantibus i mar-
cam argenti, item monasterii omnium sanctorum, monialium, pre-
dicatorum et minorum, cuilibet eorum ij solidos grossorum pro
ipsorum monasteriorum reparacione, item fratri Ingemaro lectori
predicotorum i solidum grossorum, cuilibet fratri sacerdoti ibidem ⁵
iiij grossos, item ^afratri Petro Sommær in Ystadh i solidum gros-
sorum^c, item fratri Recharo, lectori fratrum minorum Lundis,
i solidum grossorum, item infirmis in domo leprosorum Lundis
i solidum grossorum et domui sancti spiritus Lundis i solidum
grossorum; et si dominus Johannes Most pecuniam superius expres- ⁶
sam solvere et erogare voluerit, in redimendo ipsum breviarium
omnibus aliis preferatur. Item ecclesie mee parochiali, videlicet
beati Michaelis, cui teneor i marcam argenti, iij solidos grossorum;
item presbitero ibidem i tunicam dublatam. Item ecclesie sancte
crucis, ecclesie minori beate virginis et ecclesie beati Nicholai ⁷
Lundis, cuilibet earum i solidum grossorum. Item ecclesiis meis
infrascriptis, videlicet Arestathæ in Hallandia, Strø in Gythinga
hæret, Skarby, Stangby et ecclesie beati Olaui in Skanør, cuilibet
earum i solidum grossorum, item cuilibet vicario apud easdem
ecclesias vi grossos, item cuilibet ministro apud easdem ij grossos,

^{c)} Overstreget.

1 quam quidem pecuniam quilibet vicarius de ecclesia sua ex pensione
 mea solvere [teneatur]. Item ecclesie Saxtorp i par vestium missalium,
 presbitero ibidem domino Fathero i tunicam duplatam, item ministro
 ibidem iij grossos. Item domino Petro in Borandaholm i parvum
 balteum argenteum, item sibi passionarium meum cum aliis libris
 2 meis, quos prius habuit in concessso. Item scolari Achoni Magni,
 quem penes se habet idem dominus Petrus, formularium meum de
 modis dictaminum cum aliis libris grammaticalibus. Item domino
 Petro Asceri i caldarium braxatorium cum una magna olla. Item
 domino Johanni Segoti cognato meo unum par vestium brunei
 3 coloris, canonem meum et sellam meam cum freno. Item Michaeli
 Diagn parvas libras argenteas cum trutinis. Item amico meo dilecto
 Throgoto Haas i cornu deargentatum, quod habet. Item domine
 Cristine uxori sue i circulum aureum. Item Esberno Knutss
 i cornu. Item uxori sue Cristine i literam auream dictam S. Item
 4 Jone Saxtorp caldariam meam braxatorium cum doleis et aliis
 instrumentis ad hoc requisitis, i mortarium cum pila, i nigram
 ollam, lavatorium cum pelvi et registerium meum in Danico, item
 sibi omnes sues meas et i magnum candelabrum. Item Hannes
 Scriwære in Skanør i cornu, quod habet. Item uxori sue i coclear
 5 argenteum. Item Thrugillo Petri i cornu. Item uxori sue Agneti
 i coclear argenteum. Item sorori sue Cecilie Ingemars i solidum
 grossorum. Item domine Benedicte, moniali apud sanctum Petrum
 Lundis, i fibulam auream. Item Aconi Magni i cornu. Item Pe-
 tro Thorsss de Fylestathæ ij pund ordei. Item mendicantibus in
 6 Saxtorp i oram annone. Item Aconi Gunnarsss i cistam. Item
 Cecilie virgini, filie ejus, quinque ulnas panni blavii coloris. Item
 Petro famulo meo iij solidos grossorum. Item ad scolas Lundenses
 i librum de cantu. Item uxori Petri Thorsss i tunicam rubeam.
 Exsecutores hujus testamenti et persecutores ultime mee voluntatis
 7 constituo honorabiles viros et discretos, videlicet dominos Johannem
 Most, N. Tuonis, concanonicos meos Lundenses, dominum Petrum
 Asceri de Rethersløf, Jonam Saxtorp et Aconem Gunnærss, rogans
 eos propter Deum, ut sic testamentum predictum deducant ad
 effectum, ut in oculis omnipotentis Dei complaceat et eis cedat ad
 meritum et michi ad vitam eternam. In cuius rei testimonium
 sigillum meum una cum sigillis predictorum exsecutorum meorum

presentibus est appensum. Datum anno Domini m^ocd^o quarto ipso¹
die beatorum apostolorum Philippi et Jacobi.

^{a)} Item [omnes?] sues meas et i magnum candelabrum^d.

Paaskrift: Testamentum domini Swenonis Saxtorp, condam decani Lundensis, super anniversario suo de una curia in Synderhwidinge et una curia Malmøgis.

76.

1408 Sept. 7. *Ebbo Johannis, Kannik i Ribe og Sognepræst i Aal.*

Perg. [med 6 Segl]. Ribe Kapitels Arkiv, nu i Rigsarkivet. Rep. 5007.

In nomine Domini, amen. Ego Ebbo Johannis, canonicus Ripensis et rector parochialis ecclesie in Aal, licet indignus, novissima hominis considerans, volo michi divina suffragante gracia in meorum expurgacionem peccatorum de bonis michi a Deo et sua sancta ecclesia concessis testamentum meum juxta terre consuetudinem ordinare, volens et mandans, ut, quandocumque me de hoc seculo² migrare contigerit, sine contradicione tam heredum meorum quam aliorum michi quounque titulo attinencium inconcusse vigorem habeat firmitatis, salvo michi jure aliud testamentum condendi: Primo ergo confero, do et lego venerabili in Christo patri ac domino domino meo Eskillo, Dei gratia episcopo Ripensi, meos duos⁴ equos cum sellis et frenis. Item fabrice ecclesie Ripensis, ubi eligo sepulturam, x marchas Lybenses. Item ad aniversarium meum in ecclesia Ripensi per canonicos tenendum xl marchas Lybenses. Item domino Johanni Helt archidiacono Ripensi florenum Lybensem. Item domino Nicholao Johannis cantori florenum Rinensem.⁵ Item domino Jacobo de Husby florenum. Item domino Esgero florenum. Preposito Kanuto florenum. Preposito Ottoni i nobyl et manutergium meum melius. Item domino Nicholao Syøbo i nobyl cum almucio meo. Item domino Petro Johannis florenum. Item domino Thetlauo florenum cum ludo skacorum. Item domino Jacobo Iuari florenum. Item preposito Thome i nobyl et viaticum meum, ita quod omni anno pro anima domini Nicholai Tholß celebret iiiij missas, et post mortem suam leget alicui sacerdoti, cui

^{a)} Staar umiddelbart efter Testamentets Slutning med et Mærke, der ikke genfindes ovenfor.

1 injunget idem faciendum. Item domino Johanni Petri preposito in
 Witha i scutum Francorum. Item domino Boecio coclear argenteum
 meum melius. Item domino Hermanno Deen i scutum Francorum
 cum pectine de ebure. Item domino Johanni Galn sellam novam
 cum idria et pelvi. Item domino Johanni Aseri manutergium cum
 2 pectine de ebure. Item domino Henrico Thydisk superpellicium
 meum. Item sorori mee dilecte xxx marchas Lybicenses in bona
 moneta, vestimenta mea aliis non legata et lectisternia cum cista,
 et volo quod in hiis pro hereditate sit contenta. Item Cristine
 cognate mee tunicam meam de Araas cum capucio et antiquo palio.
 3 Item filio ejusdem Cristine ij marchas Lybicenses, quas sibi pro
 necessitatibus suis soror mea ministrabit. Item quantum restat de
 pensione istius anni ad dotem ecclesie in Aal reparandam. Item
 ad fabricam dicte ecclesie in Aal iij marchas Lybicenses. Item
 ad fabricam ecclesie parrochialis in Wethel iij marchas Lybicenses.
 4 Item ad fabricam ecclesie in Emmerløf ij marchas. Item domino
 Petro Swenonis plebano ecclesie beate virginis dimidium nobyl.
 Item domino Nicholao Petri sacriste i pelvim cum quartali nobyl.
 Item cuilibet monasterio Ripis i solidum grossorum. Item cuilibet
 ecclesie parrochiali Ripis i solidum sterlingorum. Item cuilibet
 5 vicario sacerdoti chorali prius non nominato i solidum sterlingorum
 et aliorum cuilibet vi sterlingos. Item domino Nicholao Thorß
 vi marchas Lybicenses cum cultello argento ornato. Item capellano
 meo in Aal i florenum. Item cuilibet infirmorum in domo sancti
 spiritus i grossum. Item sororio meo libros meos, si et quando
 6 apparuerit testamentariis meis. Item fratri Johanni Michaelis i
 nobyl. Item Laghoni, promo curie episcopi Ripensis, i solidum ster-
 lingorum. Item Johanni Kok servitori meo i marcham Lybicensem.
 Item Ebboni Tagyß cussinum cum manubrio de cypresso. Item
 Iwaro Tagyß cervical serico foderatum. Item ea, que ultra sunt
 7 in promptis, disponantur ad pios usus juxta voluntatem testamen-
 tariorum meorum. Exequatores autem testamenti mei ordino hono-
 rabilis viros dominos magistrum Ottonem prepositum in Wareth-
 sysel, Nicholaum Syøbo, Thomam Petri prepositum in Harizsysel et
 Johannem Galn, petens eos et in Domino rogans, quatenus de pre-
 8 missis taliter ordinent, prout coram Deo voluerint respondere. In
 hujus testamenti testimonium et cautelam firmorem sigillum [!] meum
 una cum secreto capituli Ripensis et sigillis testamentariorum me-

orum supradictorum hoc presens testamentum feci et jussi roborari. 1
Actum et scriptum Ripis anno Domini m^ocd^ovij^o septimo ydus
septembbris.

77.

1408 Okt. 19. *Michael Ingemarson kaldet Dyekn, Notar i Lund.*

*Perg. med 4 Segl, alle med Bomærker. Lunde Kapitels Arkiv, nu i det
svenske Rigsarkiv. Svenskt Diplom. från 1401, II, 64; Rep. 5013. Jfr.
Gavebøgerne S. 267.*

In nomine Domini, amen. Ego Michael Ingemari dictus Dyekn,² notarius curie Lundensis, licet corpore debilis, tamen mente sanus, ex rebus michi a Deo concessis testamentum meum ordino in hunc modum: Primo lego ecclesie beati Laurencii Lundis, ubi meam eligo sepulturam, curiam meam in parochia ecclesie minoris beate Marie virginis sitam pro anniversario meo in dicta ecclesia sancti Laurencii anno quolibet celebrando, quam quidem curiam a veris heredibus ante plures annos retroactos justo empacionis tytulo legaliter acquisivi, tali condicione prehabita, quod Magnus Benedicti, gener meus, et Helena Mathessedother, cognata mea et uxor sua, pronunc dictam curiam ad dies suos sub sua habeant ordinacione cum ad-⁴ jacenciis suis universis, daturi annuatim, coad vixerint, tres mar- chas denariorum pro dicto anniversario meo tenendo, et illis ambobus de medio sublati predicta curia, prout tunc inventa fuerit, cum edificiis cedat ecclesie sancti Laurencii, ut premittitur, jure perpetuo possidenda, ita quod tutores, qui tunc pro tempore fuerint,⁵ anniversarium meum sic in perpetuum teneant annuatim, sicuti coram Deo voluerint respondere. Item reverendo in Christo patri ac domino domino Jacobo archiepiscopo, domino meo graciioso, coclear argenteum. Item sodalicio sacerdotum Lundis tabernam meam institoriā in Skanör sitam pro anniversario meo et paren-⁶ tum meorum, ita quod una pars pensionis cedat presbiteris paro- chialibus in dicto sodalicio, alia ad potum eorundem, tercia vero inter pauperes distribuatur. Item ecclesiis infrascriptis Lundis situatis, videlicet beate Marie virginis minoris et beatorum trinitatis Michaelis, Andree, Jacobi, item monasteriis Katerine et Marie⁷ Magdalene, cuiilibet illorum et illarum vi grossos. Item vicariis in choro unam lagenam trafnisie, ita quod celebrant exsequias una

1 vice. Item pauperibus scolaribus $\frac{1}{2}$ solidum grossorum. Item pauperibus $\frac{1}{2}$ marcham denariorum. Item monialibus $\frac{1}{2}$ solidum grossorum. Item Petro Sten circulum aureum. Item domino Jacobo officiali legisterium. Item Cristerno, promo domini archiepiscopi, coclear argenteum. Item domino Laurencio plebano meo $\frac{1}{2}$ solidum grossorum. Item ministro ibidem iiiij grossos. Item Magno Benedicti genero meo lectum meum optimum cum suis pertinenciis, duas ollas, ij amphoras cum i capsula, et Helene, uxori sue, coclear argenteum. Item predicto Magno dolia mea cum caldaria dicta bøstækæthælæ. Item sorori mee Benedicte coclear $\frac{1}{2}$ argenteum cum annulo aureo, et marito suo coclear argenteum. Item domino Jone in Bunkghfleo coclear argenteum. Item domino Inguaro de Wram coclear argenteum. Item domino Nicholao Stephani sacriste Lundensi mortarium cum uno libro. Item domino Johanni apud sanctum Botulphum coclear argenteum cum i libro. $\frac{1}{4}$ Item ad usum scolarium ij libros. In cuius testamenti mei testimonium sigillum meum una cum sigillis virorum discretorum dominorum Nicolai Stephani, Laurencii de Guthmethorp, Johannis Ingemari apud sanctum Botulphum Lundis presentibus est appensum sub anno Domini millesimo quadragesimo octavo sexta feria ante festum undecim millium virginum.

78.

1409 Febr. 28. Eskil, Biskop af Ribe.

Perg. med [6] Segl: 1. Biskoppens Sekret (G. 812); 2. Kapitlets Sekret (G. 837); 4. Ebbo Nicholai (G. 914); 5. Petrus Svenonis (G. 915); 6. Johannes Asceri (G. 916). Ribe Kapitels Arkiv, nu i Rigsarkivet. Rep. 5030.

5 In nomine Domini, amen. Quia nichil morte cercius in hac vita nec hora mortis incercius invenitur, hinc est, quod nos Eskillus, Dei et apostolice sedis gratia episcopus Ripensis, diem mortis volentes de gratia Dei misericordie operibus prevenire, de bonis nobis a Deo concessis nostrum in hunc modum facimus, constituimus et 6 condimus testamentum: In primis legamus ad structuram ecclesie nostre Ripensis i balteum argenteum. Item ad capitulum Ripense pro perpetua nostra memoria omnia et singula bona nostra in parrochia Wandburgh situata, que nos emimus a Wangoto Nicolai cive Wiburgensi necnon Petro Høegh armigero, cum omnibus juribus

et pertinenciis suis, item curiam in Hyghum, quam emimus a 1 domino Paulo pro lx marchis puri, cum omnibus juribus et pertinenciis suis. Item illustrissimo Dacie, Swecie et Norwegie regi Erico monile aureum cum margaritis et aliis gemmis politum. Item serenissime domine regine Margarete annulum aureum. Item domine regine Philippe annulum aureum. Item venerando in 2 Christo patri domino Petro episcopo Roskildensi annulum aureum et ciphum argenteum. Item magistro Ottoni preposito in Warethsyzel coclear argenteum. Item cuilibet canonico Ripis residenti coclear argenteum. Item domino Johanni Strandingh preposito Eyderstedensi coclear argenteum, quod ipse nobis obtulit. Item 3 cuilibet vicario chorali sacerdoti Ripis vi solidos Lubicenses; cuilibet vicario non sacerdoti iij solidos Lubicenses. Item cuilibet sacerdoti seculari Ripis non nominato iij solidos Lubicenses. Item cuilibet monasterio Ripis i marcam Lubicensem. Item ecclesie parochiali sancti Johannis Ripis i legendam. Item ecclesie parochiali 4 in Graam i legendam. Item ecclesie parochiali beate virginis Marie in Flensburgh i calicem cum patena. Item dilectissime sorori nostre^{a)} Thyre fibulam auream, optimum lectum, paratum cum melioribus paramentis, et optimum ciphum argenteum. Item domino Magno Munk militi annulum aureum. Item domino Erico Krummediko militi annulum aureum. Item Sifrido Krook coclear argenteum, uxori ejus Ingeburgi annulum aureum. Item domino Thome Petri preposito in Harthsyzel optimam tunicam nostram federatam variis. Item dilecto capellano nostro domino Johanni Asseri aliam tunicam, federatam cum mart. Item domino Johanni Petri pre- 6 posito in Witha optimum mantellum meum et parvam bibliam. Item domino Petro Johannis par vestimentorum nostrorum et i balteum argenteum. Item fratri Johanni Michaelis i librum, qui vocatur Scala. Item domino Johannii Galn annulum aureum, quem dedit nobis. Item domino Johannii Seraam militi annulum aureum. 7 Item Cristine Detmari annulum aureum. Item Mette Winters annulum aureum. Item domino Henrico Thydesch summam Pisani. Item Katherine Ebonis pannum ad tunicam. Item Iwaro Tagonis poledrum griseum in Brynk. Item Petro Boß equum. Item Johanni Asseri par vestimentorum nostrorum et i balteum argenteum.

^{a)} Rettet fra: mee.

1 Item Thome Actorp coclear argenteum. Kanuto Nicolai coclear argenteum. Esgero Nicolai annulum aureum. Item Nicolao Jacobi coclear argenteum. Item domino Petro Kanuti coclear argenteum. Item Edele annulum aureum. Item domino Kanuto Petri passionale sanctorum. Item cuiilibet armigero servitorum nostrorum viij solidos
 2 Lubicense non nominato superius. Item Ebboni Tagonis i ciphum argenteum. Item pauperibus centum paria calciamentorum. Item vestimenta alia et libri dividantur inter pauperes amicos nostros secundum conscientiam testamentariorum nostrorum, quos eligimus, videlicet dominos Thomam Petri prepositum in Harthsyzel, Johanne
 3 nem Scraam militem et Johannem Petri prepositum in Witha, tamquam amicos dilectos ad hujusmodi nostrum testamentum taliter exequendum, prout coram summo judice velint et debeant respondere. Acta sunt hec Ripis in curia nostra episcopali anno a nativitate Domini millesimoquadragesimo nono feria quinta proxima
 4 post dominicam quadragesime, qua cantatur officium Invocavit, presentibus tunc ibidem honorabilibus et discretis viris dominis Johanne Helt archidiacono totoque capitulo ecclesie nostre Ripensis ac Johanne Galn, Ebbone Nicolai dicto Roose, Petro Swenonis et Johanne Asseri, presbiteris, ac Ebbone Tagonis et Iwaro, fratribus, laicis
 5 dicte diocesis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premisorum nostrum et electi capituli nostri dictorumque testium sigilla presentibus sunt appensa. Item legamus magistro Ottoni ciphum argenteum. Item Erico Jone ciphum argenteum, quem pater suus nobis in suo legaverat testamento.

79.

1410 April 17. Ærkebiskop Jakob.

Perg. [med 6 Segl]. Lunde Kapitels Arkiv, nu i det svenske Rigsarkiv. Svenskt Diplom. från 1401, II, 288. — Afskrift i Lundebojen S. 218; heretter udfyldt ndfr. Rep. 5086. Jfr. Gavebegerne S. 80.

6 In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Cum secundum mire pacientie virum beatum Job homo, natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis, qui quasi flos egreditur et conteritur et fugit velud umbra et nunquam in eodem statu permanet, in parentum pudore concipitur et cetera, mundum

ingreditur a [vi]libus ortum inchoando, dein progreditur in labore 1
 mundi tempestatibus fluctuando, sed tandem in dolore egreditur
 cum vermis habitando, avis enim ad volandum nascitur et homo
 ad laborandum, unde psalmus: Exibit homo ad opus suum et ad
 operacionem suam usque ad vesperam, ad vesperam demorabitur
 fletus, sed, benedictus Deus, ad matutinum consurget leticia, et quia 2
 milicia est vita hominis super terram, et secundum beatum Paulum
 et Augustinum non habemus hic [civita]tem manentem, sed futuram
 inquirimus tanto magis, ac prudenter hujus seculi cad[uc]i civitatem
 ruentem exstat transeundum, ut homo ad eterne felicitatis perve-
 niat civitatem ma[nentem], hiis igitur consideratis nos Jacobus 3
 Dei gratia archiepiscopus Lundensis, Swecie primas et apostolice
 sedis legatus, etsi corpore debilis, mente tamen sanus, testamentum
 nostrum et ultimam voluntatem de bonis nobis a Deo collatis ordi-
 namus et condimus in hunc modum: Primo ecclesie sancti Lau-
 rencii Lundis, in qua nostram eligimus sepulturam, xx marcas 4
 argenti. Item domino nostro karissimo domino Erico regi Dacie
 etc. unum cornu argenteum dictum gripsklo ^aet annulum aureum ^a
 cum lapide saphirio. Item domine nostre gracie domine regine
 Margarete i ciphum argenteum, i anul[um] aureum cum saphiro et
 i caballum. Item domine nostre Philippe regine i cornu deauratum 5
 dictum gripsklo et i anulum cum saphiro. Item domino Petro
 episcopo Roskildensi i anulum cum lapide bruneo. Item domino
 Petro episcopo Ripensi i anulum cum ymagine crucifixi. Item
 successori nostro disponimus et damus pro mensa archiepisco-
 pali ix lances argenteas, ij parva salseria, ij pelves argenteas et i 6
 magnum nap argenteum, quod domina Margareta regina dedit
 mense archiepiscopali, ij amphoras argenteas, Nesby et Nesbylom^b
 cum eorum adjacenciis, item xi chratheres argenteos dictos skale
 cum ij yrtekar de argento. Item damus altari nostro in ecclesia
 Lundensi constructo omnia bona, que redemimus de domino Nicolao 7
 Yvari milite, jacencia in Linby Vemundehøyshæret, edificata et
 desolata, i curiam in Sandagra, de qua curia pro pensione datur
 marca argenti, omnia bona nostra in Ønarp, Tulestorp et Vestre-
 vemundehøy, item i curiam in Uggløse, molendinum Laremølle et
 magnam curiam nostram in Malmøye, quam emimus a domino

^{a)} *Tilføjjet i Randen.* ^{b)} *L:* Nesbyholm.

- 1 Folquino preposito Lundensi. Item pro anniversario nostro in choro Lundensi annuatim tenendo iij curias in Borby, quas emimus de Olauo Tuesß de Eegby. Item monasteriis Lundis predicatorum, minorum, omnium sanctorum, predicatorum in Aus, minorum in Ystat, predicatorum in Helsingborgh, minorum in Threleborgh,
- 2 Becceskow, Øvith, Tummarp, Herizwathe, Byringe, Bosie, monialium Lundis, predicatorum Halmstathe et monasterio Aas, cuilibet istorum monasteriorum marcam argenti. Item in[!] domibus infirmorum leprosorum Lundis, Aus, Ystath, Tummarp, cuilibet ipso[!]rum marcam Lybicensem inter infirmos dividendam. Item domino Johanni
- 3 Oolsß militi i nigrum gradarium, quem dedit nobis dominus Roskildensis, et i annulum aureum, in quo crucifixus habetur. Item domino Beroni Ooslß i annulum aureum, uxori sue anulum aureum. Item domino Lydero Cabel annulum aureum cum dyamante, uxori sue annulum aureum cum ymagine beate virginis. Item domino
- 4 Absoloni Andersß annulum aureum, uxori sue annulum aureum. Item domine Jese mar[!]tertere nostre langam^c tunicam, subductam cum variis. Item domino Hinrico Da anulum aureum, uxori s[ue] cornu deargentatum. Item domino Alberto langam^d togam, subductam cum marthskin, uxori sue annulum aureum. Item domino Thrugo[*to*]
- 5 Has i nap deauratum et uxori sue i parvum nap deauratum. II[tem] domino Hinrico Jerardi i nap de argento et i ciffum deauratum. Item domino Habrahe annulum aureum et uxori sue ^eannulum aureum. Item Hermanno Ørz equicium nostrum prope[?].. p..ge.. ciffum argenteum, uxori sue^e ciffum argenteum cum pede. Item
- 6 Laurencio x marcas argenti, uxori sue i anulum aureum. Item Steen Basse i cornu deargentatum et uxori sue [i annulum aureum. Item] Petro Steen i ciffum argenteum cum veronica et uxori sue ij cratheres argenteos. Item domine Cicilie de Harebyerghe i annulum aureum. [Item] cuilibet prelatorum ecclesie [nostre Lundensis
- 7 i nobilum]. Item domino Petro Due i nobilum. Item domino Jacobo officiali nostro i nobilum. Item domino Martino Thuronis i nobilum. Item cuilibet canonicorum i florenum Ungarilem. [Item sacriste florenum Ungarilem. Item custodi chori i] florenum Ungarilem. Item domino Johanni Jacobi juniori florenum Ungarilem. Item cuilibet vicar[io i] solidum grossorum. Item domino Benedicto

^{c)} L: longam. ^{d)} L: longam. ^{e)} Oversprunget i L.

priori monialium [i] nobilum. Item cuilibet e[cclesiarum parrochi-¹
alium Lundis i marcam] Lybicensem. Item Tuloni Bøge ij marcas
argenti. Item Nicolao Kanuti advocato nostro cratherem argenteum.
Item Cristiarno promo nostro i nobilum. Item Johanni H[enichini,
T]yrgillo Petri et Arnesto, cuilibet florenum Ungarilem. Item
Jerardo Petri sororio nostro v bicaria argentea, que pater suus dedit ²
nobis. Item Hinrico, qui est in fisco nostro, [xij] marcas argenti,
cui eciam tenemur in xvij marcis argenti. Item cuilibet presbitero
parochiali Lundis i^f solidum grossorum. Item Paulo Dyegn Bo-
rundeholmis equicium nostrum, quod emimus a Tuone Nicolai,
una cum anulo cum saphiro. Item Johanni Laghesß x marcas ³
argenti cum anulo aureo, et uxori sue annulum aureum. Item
Olauo Jensß iiij nobilos cum annulo aureo, et uxori sue annulum
aureum. Item domino Hartvico Lang i gradarium, quem habuit
Aosie. Item ymagini beate Marie virginis in medio pavimenti
ecclesie nostre Lundensis crucem nostram auream cum catherinis. ⁴
Item cuilibet castrensum in Hammershus iiij marcas argenti. Item
cuilibet ministro parochiali Lundis vi grossos. Item cuilibet pauperi
mendicanti Lundis iiij grossos. Item domino Laurencio militi,
servitori nostro, i nigrum gradarium, quem nobis dedit Paulus
Dyegn, et i nobilum. Item domino Johanni Nicolai i nobilum. ⁵
Item domino Hermanno i parvum librum decretalium. Item Ma-
thee Andree i nobilum. Item Cristarno Kløf i nobilum. Item
Benedicto Thrugilli in fisco nostro i nobilum. Item Hinz Kok i
florenum Ungarilem. Item cuilibet ecclesie per Scaniam prius non
nominate iiij grossos. Exequatores testamenti hujus et nostre ultime ⁶
voluntatis constituumus, facimus et ordinamus^g infrascriptos, vide-
licet dominos Hinricum Jerardi et Thrugotum Haas milites, Her-
mannum Ørz armigerum et dominos Johannem Jacobi decanum
et Petrum Due canonicum ecclesie nostre Lundensis, supplicantes
instantissime ac eorum conscientias onerantes, ut in premissis ita ⁷
se exhibeant, sicut in districti judicii examine voluerint et habeant
respondere. In cuius rei testimonium secretum nostrum una cum
sigillis exequitorum nostrorum predictorum presentibus est appensum.
Datum in curia Lundensi anno Domini m^ocd⁰ decimo feria quinta
proxima post Tyburti et Valeriani [martirium].

^{f)} Saaledes L; i Orig. er Tallet utydeligt, maaske: j. ^{g)} Orig.: ordinanus.

¹ ^{b)} Istis tenemur: Primo Knøkel in Gripswald lxvij marcas Sundenses; item Eyler van der Mølæ iiij marcas argenti, item i marcam Sundensem cum xij albis; item Thideke Hoppe l marcas Sundenses; item Regnardo van Lutten xxiiij marcas Lybicenses; item Boo Hinzeß x marcas Lybicenses; item ecclesie sancti Lucii Roskildis l marcas Lybicenses.

80.

1413 Sept. 6. *Anders Jensson kaldet Tangæbierth.*

Tabt Orig. i Haderslev Kapitels Arkiv. Kopi i det nu tabte Haderslev-register med Overskrift: Testamentum Andree Tangæbierth, in quo inter cetera legavit capitulo possessionis sue proprietatem in Beyerholm et i curiam in Fielstorp ad fabricam. *Afskrift herefter af Langebek 1762: Rigsarkivets Diplomatarium. Aarsberetn. fra Geheimearch. II, Tillæg S. 7; Rep. 5285.*

² In nomine Domini, amen. Ego Anders Jensson dictus Tangæbierth, licet corpore debilis, tamen mente sanus, attendens, quod breves dies hominis sunt, et nihil certius morte et ejus hora nihil incertius, ideo de bonis mihi a Deo collatis testamentum facio et ordino in hunc modum: Primo lego ecclesie beate Marie virginis in Hadersløff unam curiam in Fielstorp, in qua residet Johannes Petri, et nigrum equum meum Rawenwilde cum armis meis. Item domino Johanni Michaelis canonico Haderslevensi nigrum equum in valore xvi marcarum Lubicensium. Item parochiali ecclesie mee iiij marcas Lubicenses. Item ecclesie Fielstorp iij marcas Lubicenses. Item ecclesie Odensbek i marcam Lubicensem. Item claustris in Hadersløff et in Koldingh, cuilibet i marcam Lubicensem. Item capelle beati Georgii in Hadersløff i oram annone. Item pauperibus i oram annone. Item domino Andree in Heghels cappam meam nigram. Item Erico Petri griseam equam. Item Tostoni i nigrum polidrum cum equicio eunte^[m]. Item Mettæ Hennikes ij marcas Lubicenses. Item Gretæ i marcam Lubicensem. Item Cristine i marcam Lubicensem. Item Esberno j marcam Lubicensem. Item Tostoni tunicam meam. Item proprietatem possessionis in Beyerholm ad usum canonicorum Haderslevensium, si dominus Johannes Michaelis et alii canonici voluerint ipsa bona

^{b)} *Ved Foden af Brevet.*

redimere. Item Hinrico Scroder i marciam Lubicensem. Item 1 Petro Land i balistam. Item Johanni Jepsson unam balistam. Item Petro Hyrdhæ unum jumentum. Item Johanni Nielsson viij solidos Lubicenses. Item sorori mee in claustro i marciam argenti. Item sorori mee in Fyen pannum ad sufficienciam unius tunice. Item Nicolao Deghen capucium meum. Item Nicolao 2 Andersson i balistam, quam dedit mihi dominus Magnus Lawson, et i par caligarum. Item domino Magno Lawson militi unum annulum aureum. Item Andree Knudsson i oram annone. Executores hujus testamenti constituo dominum Johannem Michaelis canonicum Haderslevensem et Ericum Peærson. Scriptum anno 3 Domini medxiiij. quarta feria ante festum nativitatis beate Marie virginis. In tujus rei evidenciam sigillum meum una cum sigillis virorum discretorum domini Johannis Michaelis canonici Haderslevensis, Erici Petri armigeri predictorum necnon Andree parochialis in Heyels presentibus est appensum. Item convivio beate Marie 4 virginis in Hadersleff lego i oram annone.

81.

1415 Juli 3. Katerinæ Laurensstedoter, Laurens Jenssøns Husfrue.

Orig. paa Perg. med [3] Segl: 1. S' BE IOH ... om Bogstavet b; 2. RI ... ERI PB .. om en Kalk. Lunde Kapitels Arkiv, nu i det svenske Rigsarkiv. Svenskt Diplom. från 1401, III, 53; Rep. 5526.

In nomine Domini, amen. Jak Katerinæ Laurensstedoter, Lau-⁵rens Jenssøns hosfru, thothwærmæn jak ær wanskelich til mit likamæ, thok ær jak meth Gudz hiælp helbrethæ til min siæl; tha skikkær jak mit testament aff thet gootz, som Gudh hafwer mik læænt, i swadanæ mathæ æfter min kæræ hosbondes wiliæ fornæfnede ok flere bægges waræ wennærs: Først tha gifwer jak sancte Lau-⁶rensse kirke i Lund eet halfft stenhus, liggendes i Malmøghæ, thet som rænter thre lødighæ mark, hwilket jak ærfde skællighæ ok rætelighæ æfter forældernæ, swa som father ok mother, som heeth Lasse Skyttæ ok Katerinæ Laurensæ, meth swadant skæl, at een aartidh scal haldes i sancte Laurensse kirkæ forsagdhæ foræ mik ⁷ ok minæ forældernæ fornefnede nææst æfter sancte Knuts konnings dagh, swa at een lødigh mark til aartithæn aff thet fornefnede sten-

1 hus landgildæ scal uthgifwis i swadanæ mathæ, at canike sculae hafwæ thre skilling grot, vicarii vi grot, til mæssær viij grot, fattigfolk viij grot, klokkeræn ij grot, ok hwt ther ofwer lopær aff thet forsagdhe stenhus landgildæs halfdeel, thet scal til kirkens bygning. Item gifwer jak minæ soknækirkæ sancte Olaffs ij mark 2 sconiskæ pænninge. Item min skriptæfather hærræ Bendict Jenss præst i sylfskeeth. Item hwart closter i Lund iiij grot. Item fru Benedicte i nunnecloster i ß grot. Item i Landescronæ closter, bykirkæ ok hæliægesthus, hwart iiij grot. Item swartæbrøthræ i Hælsingborgh iiij grot. Item min søster i røth kiurtæl meth een 3 swart ærm meth smithær. Item min søsterdoter Æstridh i røth kobæ ok i hættæ meth smithær. Thættæ är mit testament ok ytherstæ wiliæ, hwilket jak befalær min kæræ hosbonde Laurens Jenss fornefnde ok Pæther Saxthorp a wapn foræ at stande til min siæls nyttæ, som jak them wæl tiltroor ok the wilæ andswaræ 4 foræ Gudh. Til meræ wissæ ok forwaring, tha æræ skællighæ mæns insiglæ hær foræ hængdæ, swa som hær Bendicts, min skriptæfathers, hær Pæther i Retherslöff ok Pæther Saxthorps a wapn fornefnde. Datum Agordh in parrochia Billebyærgħæ anno Domini m^ocd^oxv. crastino visitacionis beate Marie virginis gloriose.

82.

1418 Marts 21. Johannes Jacobi, Dekan i Lund.

Orig. paa Perg., hvoraf nu den venstre Tredjedel fattes. [med 3 Segl]. Lunde Kapitels Arkiv, nu i det svenske Rigsarkiv. — Afskrift i Lundebogen S. 237; herefter udfyldt ndfr. — Svenskt Dipl. från 1401, III, 306; Rep. 5705. Jfr. Gavebøgerne S. 280 f.

5 [In nomine Domini, amen. Cum mors humano generi ce]rta pateat et ejus adventus utique sit incertus, providum est, ut quisque suorum deposito peccatorum onere contra incautos necis [insultus se operibus muniat virtuosis; hiis conside]ratis ego Johannes Jacobi decanus Lundensis, licet corpore debilis, mente tamen sanus, testa- 6 mentum meum de bonis michi a Deo concessis [ad ejus honorem et laudem et anime mee reme]dium facio et ordino in hunc modum: Primo commando Deo, creatori meo, animam et terre corpus, unde erat. Item lego fabrice ecclesie Lundensis, [ubi meam eligo sepulturam ante ymaginem beate] Marie virginis in medio

pavimenti juxta sepulchrum archiepiscopi Magni ad aquilonarem 1
 partem, equas meas indomitas [existentes in Foletoffte cum pullis
 earundem, item x] nobilianos, quos habet. Item prediche fabrice
 do, lego et scoto balneum meum dictum Pelæbatstughæ in parro-
 chia sancte trinitatis [Lundis cum curia et omnibus aliis pertinen-
 ciis sui]s jure perpetuo possidendum, tali condicione, quod tutores 2
 antedicte fabrice ecclesie Lundensis, qui pro tempore fuerint, duo
 anniversaria in choro [Lundensi cum vigiliis et missis, ut moris est,
 quolibet anno de pensione dicti balnei teneant, unum pro me cum
 iij marchis denariorum Scaniensium, aliud vero pro parentibus
 meis, videlicet pro patre et matre, [similiter cum iij marcis denar. 3
 Scaniensium per modum], prout in libro anniversarii capituli est
 notatum. Item domino meo gracioso domino Petro archiepiscopo
 Lundensi biblam meam in duobus voluminibus et unum [ciphum
 argenteum cum ij bobus. Item fabrice ecclesiæ Roskildensis unum
 nobilianum. Item domino preposito Lundensi i krunære. Item 4
 domino archie[!]dyacono ibidem i krunære. Item domino Hart-
 wico [i florenum. Item domino Nicolao Tuonis i coclear argenteum].
 Item domino Johanni Fynsß in Phyonia ij florenos. Item domino
 Nicholao Ysaacß i florenum. Item domino Johanni Nicholai, cog-
 nato meo, v marchas ar[genti. Item cuilibet canonico Lundensi 5
 Lundis residenti, prius] non nominato, i florenum. Item domino
 Johanni Jønsß officiali curie Lundensis i florenum. Item domino
 Vinaldo i marcham Lybicensem. Item domino Nicholao Stephani
 [sacriste i pund annone et i pernam lardi. Item domino Ma]theo
 custodi chori i pund annone. Item vicariis chori Lundensis i mar- 6
 cham argenti. Item ecclesie sancti Petri in Malmøghe x marcas 7
 argenti, in quibus tenebatur michi dominus Andreas Martini i]bi-
 dem, passionarium meum, epistolas Pauli et ewangelia beati Luce.
 Item [sodalicio] sacerdotum Lundis i cornu deargentatum cum una
 magna [pelvi. Item conventui predictorum Lundis v marcas 7
 ar]genti, in quibus tenebatur michi idem dominus Andreas Martini.
 Item conventui [minorum ibidem] ij solidos grossorum. [Item mo-
 na]sterio omnium sanctorum ij solidos grossorum. [Item moniali-
 bus apud sanctum Petrum ij solidos grossorum. Item ec]clesie
 majori beate Marie virginis i marcham argenti. [Item ecclesie
 beati Johannis baptiste i pund annone. Item ecclesie] sancti An-
 dree unum florenum, [quem habet. Item ecclesie sancti Thome

1 i florenum, quem habet. Item] ecclesie sancti Martini ij solidos grossorum, [quos habet. Item omnibus aliis ecclesiis Lundis, prius non nominatis, cuilibet vi grossos. Item cuilibet easdem offician]ti iiii [grossos. Item domino Johanni apud sanctum Botulphum i pund annone]. Item domino Johanni Segoti i pund annone.
 2 Item conventui Bosæ ij p[und annone et ij pernas la]rdi. Item monialibus ibidem [ij] marchas [argenti. Item priorisse ibidem i florenum. Item domine Estrid]i ibidem i marcham Lybicensem. Item in[!] ecclesie Myæthilby in Lystria ij solidos grossorum. [Item ecclesie] Sylvisburgh ij solidos grossorum. Item ecclesie
 3 Folætofta [i solidum grossorum. Item curato ibidem i solidum grossorum. Item ecclesi]e Strø in Gythinge heret ij solidos grossorum, quos exsolvat vicarius ibidem. Item ecclesie Skarby ij solidos grossorum, quos exsolvat vicarius [ibidem. Item ecclesie Stangby ij solidos grossorum, quos ex]solvat vicarius ibidem. Item ecclesie
 4 beati Andree in Væsby ij solidos grossorum, quos exsolvat vicarius ibidem. Item domino Jacobo Petri [canonico Roskildensi, cognato meo, breviarium] meum, decretales meas, Sextum et Clementinas, tali condicione, quod predicti libri juris post mortem ipsius ad ecclesiam Lundensem libere [revertantur. Item Botildi sorori mee
 5 dilecte] ij marchas argenti. Item Andree Kløf nepoti meo do, lego et scoto curiam meam in Fyonia in villa Kaverbølæ in parrochia Fiæ[stathe cum omnibus suis pertinenciis jure perpetuo possiden-
 dam et i marcham argenti cum ij bobus. Item Petro Stephani consanguineo meo i marcham argenti. Item Petro Jacobi ij solidos
 6 grossorum. [Item Petro Iwari cognato meo i marcum argenti. Item] Nicholao Jønsß famulo meo i marcham argenti et i pund annone. Item Joseph familiari meo i pund annone et i pernam lardi. Item Nicholao [Jacobi puer] meo i marcum argenti. Item Hanis scolari] meo ij solidos grossorum^a. Item Katerine Hennikini
 7 ibidem iij solidos grossorum^b. Paulo Pusæ i pund annone et i pernam lardi. Item Laurencio Petri vicario meo i solidum gros-
 sorum. Item pauperibus mendicantibus Lundis [ij marcas argenti.

a) Herefter i Orig.: Item domino Nicholao Diægn in Malmøyæ i pund annone; men overstreget og ikke medtaget i Lundebogen. b) Herefter i Orig.: Item Petro Posæ. Ordene synes overstregede og er ikke medtagne i Lundebogen.

Item infirmis in domo leprosorum i pund] annone cum i perna 1 lardi. Item domui sancti spiritus i lectum cum preparamentis suis pro infirmis et peregrinis. Exsecutores autem hujus tes[tamenti] et perfectores ultime voluntatis me]e constituo honorabiles viros, vide-licet dominos Nicholaum Tuonis et Johannem Nicholai, concanonicos meos Lundenses, rogans eos propter Deum, ut sic [illud te-stamentum deducant ad effectum, ut in oculis] Dei omnipotentis placeat et eis cedat ad meritum et michi ad vitam eternam. In cuius rei testimonium sigillum meum una cum si[gillis] predi-citorum exsequtorum meorum presentibus est app[ro]vatum. Datum et actum Lundis anno Domini mcdxvij. ipso die beati Benedicti 3 confessoris.

Paaskrift paa Bagsiden: Testamentum domini Johannis Jacobi super anniversario suo de balneatorio parochie trinitatis Lundis, ^cquod erat, ubi nunc habitat Jens Clemitsøe.

83.

1421 Juli 15. Petrus Steegh, Kannik i Roskilde.

Orig. paa Perg. med 2 Segl: 1. Peder Steeghs (G. 260); 2. Kirstine Pedersdatters (Thiset Lxlv 1). Roskilde Kapitels Arkiv, nu Arnemagn. Dipl. XXXVI, 15. Rep. 5936.

In nomine Domini, amen. Cum nichil morte cercius et hora 4 mortis nil incercius, quisque pro modulo suo ex bonis sibi a Deo in hac vita concessis anime sue previdere diligenciam sollicitam habeat atque curam. Hinc est, quod ego Petrus Steegh canonicus Roskildensis, licet corpore debilis, mente tamen sanus, testamentum et ultimam voluntatem meam condo et ordino in hunc modum: 5 Primo videlicet ad quoddam altare in majori capella beate Marie virginis ecclesie Roskildensis, quod ego una cum dilecta genetrix mea Cristina Awonis fundavimus, in honorem beati Bartholomei apostoli dedicandum, ubi meam ac dilecta genetrix mea eligimus sepulturam, do et in perpetuam possessionem assigno omnia bona 6 mea in Gambleby provincie Faxe-hæret ac omnia bona mea in Uglestorp provincie Walburgshæret sita cum omnibus et singulis

^{c)} *Tilfejelse med Haand fra o. 1500.*

1 dictorum bonorum pertinenciis humidis et siccis, nullis penitus
 exceptis, prout in literis fundacionis dicti altaris super hoc confectis
 plenius continetur. Item monasterio beate Marie virginis Roskildis
 centum panes, i lagenam cervisie et i pernam lardi. Item claustro
 sancte Agnetis ibidem c panes, i lagenam cervisie et i pernam
 2 lardi. Item claustro sancte Clare ibidem c panes, i lagenam cer-
 visie et i pernam lardi. Item claustro predicatorum ibidem c panes,
 i lagenam cervisie et i pernam lardi. Item claustro minorum ibidem
 c panes, i lagenam cervisie, i pernam lardi. Item domui lepro-
 sorum in monte ibidem c panes, i lagenam cervisie et i pernam lardi.
 3 Item dilecte genetrici mee Cristine supradicte duo vasa argentea
 dicta sölffscale. Item dilecto swagero meo Conrado Massow unum
 coclear argenteum. Item dilecte sorori mee Mætte unum annulum
 aureum et unum coclear argenteum. Item dilecte sorori mee Helene
 togam meam nigram. Item domino Effrardo canonico Roskildensi
 4 unum coclear argenteum. Item fratri meo Petro Awonis tunicam
 meam griseam cum foderatura. Item Andree Wilhelmi unum
 polidrum rubeum. Item Johanni Michaelis equum meum bruneum.
 Item Petro Nicolai unam vaccam cum uno talento annonae. Item
 Johanni Michaelis stabulario meo equum meum rubeum. Exequores
 5 hujus testamenti ac ultime voluntatis mee constituo et ordino dilec-
 tam matrem meam Cristinam predictam ac nobiles viros dominum
 Effrardum Jacobi canonicum Roskildensem et Conradum Massow
 swagerum meum supradictos, ipsos in Domino requirendo, quatenus
 in omnibus et circa omnia et singula premissa effectualiter exe-
 6 quenda fideliter se exhibeant, prout in ipsis fiduciam repono spe-
 cialem et coram summo judice voluerint respondere. Datum Ros-
 kildis anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo primo
 tercia feria proxima ante festum beate Margarete virginis et mar-
 tiris, meo ac dilecte matris mee supradicte sub sigillis, presentibus
 7 honorabilibus viris dominis Suenone Tuonis canonico Roskildensi,
 magistro Petro Boecii perpetuo vicario ibidem et Jacobo Hem-
 mingi rectore ecclesie Biergy, testibus ad premissa vocatis specialiter
 et rogatis.

84.

1424 Juli 23. Nicholaus Laurentii.

*Tabt Orig. i Ribe Kapitels Arkiv. Terpager, Ripæ Cimbrice 59, hvor-
efter ndfr. Rep. 6130.*

In nomine Domini, amen. Ego Nicholaus Laurentii, licet 1
corpore debilis, mente tamen sanus, testamentum meum de bonis
mihi a Deo concessis ordino in hunc modum: Primo do et lego
ecclesie beate virginis cathedrali Ripis, ubi meam eligo sepulturam,
dimidiatatem domus mee et dimidiatatem fundi eidem domui
annexi ad salutem anime mee. Item claustro predicatorum i ørti 2
korn. Item claustro mynorum i ørti korn. Item domino Iwaro
plebano meo i solidum grossorum. Item domino Euerhardo capel-
lano i solidum grossorum. Item fratribus beati Anthonii ij solidos
sterlingorum. Item ecclesie beati Nicholai Ripis i solidum ster-
lingorum. Item monialibus i solidum sterlingorum. Item vi ster- 3
lingos cuiilibet ecclesie Ripensi non prius nominate. Item i grossum
ad quamlibet ecclesiam in Hwidingherrit. Item ecclesie Ruthager
i koo til lyus. Item plebano ibidem i vaccam, que semper vivat. Item
pauperibus Ripis i stykki [ɔ: flykki?] flesk, i ørti myel, i [ɔ: c?] brooth. 4
Item ecclesie Horstrop i solidum grossorum. Item ecclesie Gul-
ager i solidum grossorum. Item dilecte uxori i kethæl aff æn
tynnæ, i dynæ, allæ sennæ klether ok silff tilfornæ och een kobær-
syllæ. Item Martino Jone i ny sort klæthæ. Item uxori Bene-
dicti ny alnæ sort klæthæ. Hec est mea ultima voluntas, quam 5
co[mmit] to Benedicto et uxori mee, ut eam impleant, prout coram
summo judice voluerint respondere. In cujus rei testimonium sigilla
discretorum domini Euerhardi presbiteri, Cristierni Broderssen et
Johannis Hennikini, civium Ripensium, presentibus sunt appensa.
Datum anno Domini m^ocdxxiiij^o crastino beate Marie Magdalene.

85.

1424 Dec. 1. Ærkebiskop Petrus Lyckæ.

*Orig. paa Papir med [6?] paa Bagsiden trykte Segl: 1. Ærkebispens
(G. 26); 2. Petrus Absolonis (G. 1023*); 3. Johannes Pauli (G. 51); 4. Utde-
ligt; 6. Nicolaus Ysacssøns (G. 64). Lunde Kapitels Arkiv, nu i det svenske
Rigsarkiv. Rep. 6151.*

Nos Petrus Lyckæ Dei gracia archiepiscopus Lundensis, per 6
Dei graciā ad presens mente et corpore sanus et incolumis, testa-

1 mentum nostrum condimus in hunc modum: Primo donamus et
 legamus fabrice ecclesie sancti Laurencii Lundis decem marchas
 argenti. Item ad capellam, quam nuper de novo edificare incepimus,
 bona nostra patrimonialia in Trangillde omnia et singula, eciā
 duas curias nostras in villa Hafnensi, item curiam nostram in
 2 Swagħersløff, dictam Næthragarth, item duas curias in Esløff, quas
 habuimus de domino Berone Suenß milite, item unam curiam in
 Sundra Wram, quam habuimus de honesta matrona Elena, relictā
 Eskilli Clementis. Item serenissimo domino nostro regi unum
 nigrum gradarium. Item domine nostre regine Philippe unum
 3 griseum gradarium. Item successori nostro in ecclesia Lundensi
 unam cappam cum coopertorio, quam optulit nobis dominus rex in
 prima nostra missa, una cum decem ciphis argenteis ad mensam
 suam archiepiscopalem pro inventariis successoribus suis relin-
 quendis. Item cuilibet canonicorum apud ecclesiam sancti Laurencii
 4 residencium unam marcham argenti. Item ecclesie sancti Lucii
 Roskildis decem marchas argenti. Item ecclesie beate virginis Ripis
 decem marchas argenti. Hujus autem testamenti nostri exequatores
 constituimus honorabiles viros dominos Petrum Absolonis pre-
 positum, Johannem Pauli archidiaconum et Johannem Wilhelmi
 5 cantorem nostre Lundensis ecclesie ac Benedictum Bille, dilectum
 fratrem nostrum, neconon dominos Nicolaum Ysacsß et Petrum
 Nicolai, canonicos Lundenses, requirentes eos sub obtestacione divini
 judicii, quatinus nostram in premissis velint fideliter exequi volun-
 tam. In quorum evidenciam secretum nostrum una cum sigillis
 6 predictorum executorum presentibus ad dorsum est impressum.
 Actum Lundis anno Domini mcdxx quarto crastino beati Andree
 apostoli.

86.

*1427 Aug. 1 (1429 Maj 6). Otto Boecii, Kannik i Ribe, Slesvig
 og Lübeck, Provst i Varde Syssel.*

*Orig. paa Perg. med [3] Segl: 2. Otto Boetii (G. 855); 3. Ribe Kapitels
 (G. 836). Ribe Kapitels Arkiv, nu i Rigsarkivet. Rep. 6392.*

7 In nomine Domini, amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo qua-
 dringentesimo vicesimo nono, inductione septima, mensis maji die Vene-
 ris sexta, hora vesperorum vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo
 patris et domini nostri domini Martini divina providencia pape quinti

anno duodecimo, in mei, notarii publici, testiumque infrascriptorum ad 1
hoc specialiter vocatorum et rogatorum presencia personaliter constitutus
honorabilis vir dominus et magister Otto Boecii, presbiter, Ripensis, Sles-
wicensis Lubicensisque ecclesiarum canonicus ac prepositus in Wareth-
sysel in predicta ecclesia Ripensi, quandam papiri cedulam in medium
produxit dixitque, quod contenta in eadem vellet habere pro suo testa- 2
mento et sua ultima voluntate, cuius quidem cedula tenor de verbo ad
verbum sequitur et est talis:

In nomine Domini, amen. Cum nichil certius sit hominibus
morte et nichil incertius mortis hora, ego Otto Boecii, presbiter,
Ripensis, Sleswicensis Lubicensisque ecclesiarum canonicus ac pre- 3
positus in Warethsysel in predicta ecclesia Ripensi, Deo propicio
mente et corpore sanus, mortis horam incertam, in quantum Do-
minus dederit, in dispositione rerum michi ab ipso largiter con-
cessarum cupiens prevenire, animo testandi et ordinandi de ipsis
rebus testor, ordino et dispono de ipsis rebus meis, prout infra scri- 4
bitur et exprimitur: Primo do et lego cuilibet dominorum meorum
episcoporum ecclesiarum predictarum unum florenum Renensem.
Item cuilibet ecclesie ad fabricam decem marcas Lubicenses. Item
pro memoria mea, parentum, fratris et sororum meorum lego capi-
tulo Ripensi curiam meam in Høøm in parrochia Zeem Ripensis 5
diocesis, super qua idem capitulum habet literas scotacionis, cum
omnibus juribus et pertinenciis suis, et volo, quod de redditibus
dictae curie teneat tria anniversaria, unum crastino Gregorii, secun-
dum profesto Olaui et tertium die obitus mei pro me et memoratis
superius. Item bona, que habeo in parrochia Emerloof Ripensis 6
diocesis, lego et do dyacono et subdyacono cottidie ad majorem
missam ministrantibus. Item do et lego xx marcarum redditus de
illis redditibus, quos habeo in consolatu Luneburgensi, et xij mar-
carum redditus, quos habeo Stadis in domibus duabus, scilicet
Steghemian et Johannis van den Costen, octo vicariis presbiteris 7
servientibus choro Ripensi die ac nocte continenter viventibus sub
condicione: si per capitulum dantur cuilibet eorum novem marce
Lubicenses, ut noviter ordinatum est, tunc ultra dictas ix marcas
quilibet ipsorum habebit de predictis redditibus xxxij marcarum
quatuor marcas, sed publice incontinenter viventibus nichil detur, sed 8
illorum pars convertatur in alios pios usus. Et volo, quod predicti
octo presbiteri debeant tenere duas missas qualibet septimana in

1 capella beati Andree in ecclesia Ripensi et duas missas ad altare
 xi milium virginum sub turri majori, sic quod faciant ordinem
 inter se, quod unus teneat duas missas ad altare beati Andree in
 septimana et alias alia septimana, et similiter de alio altari fiat,
 sic quod tantum sint due misse in quolibet altari in septimana,
 2 et sic ordo completur in quatuor septimanis. Et volo, si dictus
 modus seu ordinacio dicta, scilicet de dando vicariis illis cuilibet
 ix marcas Lubicenses, minueretur per capitulum vel mutaretur vel
 non servaretur, tunc de predictis redditibus nichil detur ipsis vicariis,
 sed de eis teneantur tres misse cottidie, una summo mane in altari
 3 sancti Andree, alias post ewangelium sub missa majori sub turri et
 tercia ante missam beate Marie in estate et post eam in hyeme.
 Et volo, quod ad istos xxxij marcarum redditus recipiendos et sic
 distribuendos, ut prescribitur, deputentur duo de capitulo et duo de
 consulatu, qui respiciant, ut omnia fideliter fiant. Item do et lego
 4 de residuis xx marcarum reddit[ib]us, quos habeo in consulatu Lune-
 burgensi, vij marcas annuatim, dyacono et subdyacono misse majoris
 Ripensis equaliter inter se dividendas, quibus etiam supra legavi,
 et volo quod illi dyaconus et subdyaconus non sint de numero
 vicariorum choralium, ne minuatur officium chori, et propter hoc
 5 do eis tantum. Residuos vero xij marcarum redditus do canoniciis
 continue Ripis^a residentibus ad talem usum videlicet, quod quilibet
 eorum per ordinem teneatur cantare majorem missam per ebdomad-
 am et recipiat pro ebdomada iiij solidos de dictis pecuniis, et sic
 per totum annum fiat distribucio, ita quod nullus cantet missam
 6 majorem nisi canonicus sic sallariatus. Quod si quis in ordine suo hoc
 facere non potest vel non [vult], ordinet alium canonicum pro se, qui
 faciat, et sic vicarii sunt exonerati et liberi omnino de missa majori
 per totum annum. Item do et lego capitulo Sleswicensi omnia
 bona mea immobilia, que habeo in Frisia in parrochia Berneken-
 7 herde, que valent in redditibus x marcas Lubicenses, et unam
 coloniam circa curiam sitam quondam patris mei, dictam Borch,
 valentem in redditibus circa iiij marcas, item redditus xvij mar-
 carum Lubicensium in Wismaria, videlicet in domo seu hereditate
 Hinrici Aarnesberch vi marcas annuatim et in hereditate ejusdam
 Boyenstorp circa fossatum sancti Nicolai vi marcas et in hereditate

^{a)} Orig.: Ripeñ.

cujusdam Hans Ghunter ad orientem ecclesie sancti Nicolai vi marcas; hec predicta omnia, videlicet redditus xxxij marcarum, cum suis summis principalibus, pro quibus empti sunt, recipiet capitulum Sleswicense, de quibus ante omnia dabit uni vicario presbitero, residenti circa ecclesiam, habenti vicariam tenuem in redditibus, viij marcas Lubicenses, pro quibus tenetur cottidie tenere primam missam in ecclesia Sleswicensi summo mane, sic quod sit finita ante illas duas missas, que solent ibidem de mane celebrari, sic quod a festo Philippi et Jacobi incipiat hora quarta horologii et sic per estatem continuet, in hyeme vero tardius secundum exigentiam temporis; et sit dictus presbiter continenter vivens, alias reicitur. Residuum vero dictorum reddituum distribuatur singulis sabbatis per annum canoniciis et vicariis in medio ecclesie in processione tali, sicut fit in ecclesia Ripensi cantando responsorium: Sancta et immaculata, et anthiphonam: Inviolata et integrata et cetera, modo quo fit Ripis^b, et distribuatur secundum ratam sic, quod canoniciis detur duplum et vicariis simplum. Spero, quod aliquis bonus augebit hanc distributionem successu temporis; propter hoc cum hoc modico incipio. Ad quos redditus eciam addo centum marcas Lubicenses, in quibus dominus Ericus Dozenrode michi tenetur, si quid ab heredibus suis potest extorqueri. Item do et lego vicariis ecclesie Lubicensis l marcas, pro quibus emantur redditus pro memoria mea, ut moris est, pera[ge]nda. Item do capelle beati Johannis Lubensi, in qua celebrare consuevi, vi marcas pro ornamentis meliorandis. Item ad altaria Ripensia, de quibus supra fit mentio, do cuilibet unum missale, i calicem et preparamenta missalia cuilibet duplia cum aliis corquisitis, de quibus, si non in totum providero, testamentarii compleant. Item volo, quod de bonis meis Ripis^d repertis testamentarii mei dent competentia legata monasteriis et ecclesiis aliis ibidem, canoniciis, vicariis et presbiteris aliis, pauperibus scolaribus et aliis pauperibus, prout eis visum fuerit expedire. Item do et lego domino Nicolao Zyobo canonico Ripensi cyphum deauratum, duo coclearia argentea et vi cussinos meliores. Item domino Mathie Roosk canonico ibidem maiorem ollam eneam, duo coclearia argentea cum amphora stannea proxima post majorem. Item domino Nicolao Petri vicario Ripen-

^{b)} Orig.: Ripeñ. ^{c)} Et Hul i Orig. ^{d)} Orig.: Ripeñ.

1 sis ecclesie amphoram majorem stanneam et ij nobilianos. Item
 do et lego ecclesie Aldensward, in qua pater meus est sepultus,
 omnes terras in parrochiis Offenbula et Ghertrisleed, que ad me
 pertinent jure hereditario post eum. Item do Toky Ebbisß, con-
 sanguineo meo, in Bluesbula, si post me vixerit, unculam grifonis
 2 deargentatam, quam dedit michi domina M. regina Dacie. Item mor-
 alia Gregorii, que simul fecimus scribi dominus Johannes de Steen
 presbiter et ego, do ecclesie Ripensi, sic quod ponantur allicubi in
 loco apto, ut possint studere volentes habere paratum accessum ad
 ea perpetuo, et incathenentur, et orient studentes eciam pro dicto
 3 domino Johanne, qui dedit ad hoc partem suam. Item illam
 marcam Lubicensem, quam habeo et emi Ripis in fundo domini
 Arfasti prope molendinum, qui fuit quondam vidue dicte Herlich
 Peterskis, cum summa, pro qua empta est, scilicet xvi marcis
 Lubicensibus, do custodienti horologium Ripense, qui pro tempore
 4 fuerit. Item volo, quod si ultra legata in presenti testamento possit
 reppere[!]ri de meis aliqua notabilis summa sive in Dacia sive in
 Almania, quod de ea emantur redditus decem marcarum et distri-
 buantur Ripis sabbatis in anthiphona: Inviolata, singulis sabbatis
 pro rata, sic quod non habeant, nisi qui fuerint in vesperis pre-
 5 sentes, sic quod vicarii chorales habeant quartam, residuum cano-
 nici. Item volo quod testamentarii mei deputati Ripenses faciant
 fieri exequias meas Ripis^e et in Sleswicis, et illi de Lubek faciant
 in ecclesia Lubensi. Item volo, quod, si qua de meis in Dacia vel
 Almania ultra predicta fuerint reperta, si se extendant ad notabilem
 6 summam, de eis cultus divinus in ecclesia Ripensi augeatur, quia
 pauper est; modica in pios usus convertantur. Item habeant testa-
 mentarii mei plenam potestatem recipiendi, exigendi et exponendi
 omnia mea secundum prescripta, prout eis videbitur secundum
 Deum expedire. Item do unum missale ad altare summum Ripis,
 7 et eidem ecclesie do cyphum unum deauratum cum pede, emptum
 pro xx marcis, quem modo habet Albertus Grote, ut fiat inde vas
 pro corpore Christi portando ad infirmos, quia quod ibi jam est
 cupreum est. Executores hujus testamenti deputo in hiis, que sunt
 in Almania, dominos meos dominum Bertoldum Lubicensem et
 dominum Nicolaum Sachowem Sleswicensem prepositos et dominum

e) Orig.: Ripe.

Hermannum Koningh vicarium sancte Marie et Wernerum Grote civem Lubicensem, et in partibus Dacie dominos Nicolaum Zyoboo et dominum Mathiam Roosk, canonicos Ripenses, et dominum Nicolaum Petri vicarium Ripensem, quorum cuilibet, quibus non est datum supra, do et lego duos florenos Renenses et ij coclearia argentea. Item filio Wernerri Grote, cuius compater sum, lego i nobilem. Item volo, quod vestes mee dentur pauperibus presbiteris et clericis. Item libros tres, scilicet dicta incomen .[?], dicta Armachani episcopi et decretum abbreviatum, do ad librariam Lubicensem inferiorem. Item libri in legibus, qui sunt capituli Ripensis, et alii libri mei mittantur Ripas, ut testamentarii mei ibidem eos vendent! seu alias de eis disponant, ut eis videbitur expedire. Item sciendum, quod redditus alii in Wismaria michi ascripti, de quibus non fit hic mentio, non sunt mei, sed spectant ad dominum Nicolaum Z[y]oboo canonicum Ripensem, cum cuius pecunia sunt empti. Istud testamentum, si non valet legis rigore ut testamentum, valeat ut codicillus etcetera, ut in forma ipsum scripsi propria manu anno Domini millesimo cdxxvij. prima die augusti, et volo, quod huic ultimo testamento stetur non obstantibus prius factis. Item do fabrice ecclesie Lubicensis omnia, que debentur michi post obitum racione prebende Lubicensis ultra decem marcas superius 5 datas.

Et protestans, si non valet jure testamenti, valet tamen jure codicillorum vel alterius ultime voluntatis cuiuscunque, reservans eciam potestatem, quam diu sit in humanis, minuendi, corrigendi et injungendi etcetera, volensque omnia premissa rata et grata infirmiter et incusse 6 habere et tenere, donec notorie et expresse revocaret.

In cuius rei testimonium evidens prefati domini magistri Ottonis canonici sigillum suum presentibus est appensum, super quibus omnibus et singulis premissis predictus magister Otto me notarium publicum infrascriptum requisivit, ut sibi super hiis unum vel plura publicum vel publica conficerem instrumentum seu instrumenta. Acta sunt hec in ecclesia Lubensi anno, inductione, mense, die, hora, pontificatu et aliis quibus supra, presentibus discretis viris dominis Paulo Crumzee et Gotfrido Homo[?]ed, perpetuis vicariis in ecclesia Lubensi, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. 8

[Notarmærke.] Et ego Bertoldus Lodder, clericus Halberstadsis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, quia predice cedula presentacioni, productioni, protestacioni et requisicioni omnibusque

1 aliis et singulis premissis, dum sic, ut premittitur, fierent et agerentur,
unacum prenominatis testibus presens fui eaque sic fieri vidi et audivi,
ideoque presens publicum instrumentum per alium fideliter scriptum
exinde confeci, quod signo et nomine meis solitis unacum appensione
sigilli prefati domini et magistri Ottonis signavi in fidem et testimonium
omnium premissorum rogatus et requisitus.

1429 Dec. 9. Stadfæstelser af Ribe Bisp, Ærkedegn og Kapitel.

a. Paa en los Seddel, der har været fasthæftet ved det nu tabte første Segls Rem.

2 Nos Cristiernus Dei gracia episcopus Ripensis admittimus et
approbamus auctoritateque nostra episcopali confirmamus presens testa-
mentum ipsius magistri Ottonis et ipsum, quo ad omnia contenta in
eodem, ecclesiam nostram et personas ipsius concernentia, volumus in-
violabiliter in perpetuum observari. In cuius rei evidenciam presenti-
bus secreti nostri appensione mandarimus communiri. Datum Ripis
anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo nono, indiccione sep-
tima, nona vero die mensis decembris, pontificatus domini Martini pape
quinti anno tredecimo etcetera.

b. Løs Seddel, fasthæftet ved Kapitlets Segl.

4 Et nos Ivarus archidiaconus totumque capitulum Ripense matura
deliberacione prehabita acceptavimus, admisisimus et approbabimus et
presentibus acceptamus, admittimus et approbamus presens dicti ma-
gistri Ottonis Boecii testamentum et promittimus pro nobis et suc-
cessoribus nostris bona fide ipsum testamentum quo ad omnia, que
5 concernunt ecclesiam Ripensem et personas ipsius, servare in perpetuum
et adimplere et, quantum in nobis est, facere servari et adimpleri.
In cuius rei testimonium sigillum capitulo nostri presentibus est
appensum. Datum et actum in domo nostra capitulari anno Domini
millesimo quadringentesimo vicesimo nono, indiccione septima, die nona
6 mensis decembris, pontificatus domini nostri pape moderni domini Mar-
tini anno ejus tredecimo etcetera.

1436 Maj 15. Tillæg til Testamentet.

Skrevet paa Bagsiden af Originalen.

7 In nomine Domini, amen. Anno a nativitate ejusdem millesimo
quadringentesimo tricesimo sexto, inductione quartadecima, die quin-
taginta decima mensis maji, hora terciarum vel quasi, pontificatus sanctissimi
in Christo patris et domini nostri domini Eugenii divina providencia

pape quarti anno quinto, in mei notarii publici et testium infrascrip- 1 torum presencia personaliter constitutus honorabilis vir magister Otto Boecii, canonicus ecclesiarum retroscriptarum, habens et tenens in suis manibus quandam papiri cedulam manu sua propria conscriptam, quam in medium exhibuit, dicens contenta ibidem velle addere ad testamen- 2 tum suum retroscriptum, prout realiter addidit et ea sic servari voluit omnibus modis. Tenor vero cedula hujusmodi sic exhibite sequitur et est talis:

Item nota, quod ecclesia et capitulum Sleswicensia nichil habe- 3 bunt de omnibus ascriptis sibi in testamento, quia jam dedi eis realiter, que debent habere, in promptis dedi eis. Sed illa, que ascripta sunt eis in testamento, cedant ecclesie Ripensi, exceptis bonis venditis, quorum precium jam realiter percepérunt. Item executores testamenti erunt in istis partibus dominus prepositus Lubicensis dominus N. Sachow et in ejus absencia dominus Nicolaus Bodeker, dominus magister Nicolaus Werner pro domino Her- 4 manno Koning et Wernerus Grote civis Lubicensis.

Qua quidem cedula sic exhibita dictus magister Otto me notarium retro et infra scriptum requisivit, ut ea in notam reciperem et inde con- ficerem publica documenta tocis, quo ciens fuerit oportunum. Acta fuerunt hec in ecclesia Lubicensi anno, inductione, die, hora et ponti- 5 ficatu quibus[?] supra, presentibus ibidem honorabilibus viris dominis Hinrico Seghebergh canonico Lubicensi et Nicolao Watermord presbitero ibidem, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

[*Notarmærke.*] Et ego Bertoldus Lodder, clericus Halb[er]staden- sis diocesis, quia premissis omnibus et singulis, dum sic, ut premittitur, 6 fierent et agerentur, unacum prenominatis testibus presens fui eaque sic fieri vidi et audivi, ideoque hoc presens publicum instrumentum exinde confeci, quod signo et nomine meo consuetis signavi in fidem et testi- monium omnium premissorum requisitus.

87.

1432 Febr. 10. Andreas Strangonis, Kannik i Lund.

Orig. paa Perg. med Andreas Strangonis Segl (Skjold med Bjørnehoved). Lund Kapitels Arkiv, nu i det svenske Rigsarkiv. — Afskrift i Lunde bogen S. 227. — Rep. 6542.

In nomine Domini, amen. Ego Andreas Strangonis canonicus 7 Lundensis, licet corpore debilis, tamen mente sanus, considerans

1 illud, cum[!] nichil est cercius morte et nichil incercius hora mortis,
 de bonis a Deo michi collatis testamentum meum dispono in hunc
 modum: Primo lego omnipotenti Deo animam meam et terre cor-
 pus meum. Item ecclesie sancti Laurencii, in qua meam eligo
 sepulturam, i marcam argenti. Item domino meo archiepiscopo
 2 cortinam meam Flandrensem. Item venerabi capitulo curiam
 habitacionis mee pro tenendo anniversarium meum et parentum
 meorum. Item sodalicio sacerdotum majus meum dolium cum
 rennæ. Item ecclesie sancti Jacobi i caldariam, capientem iiiij urnas,
 sub ea condicione, ut ecclesia redimet ea[m] pro i solido grossorum,
 3 datura ministro iiij grossos. Item domino Jacobo Petri cantori
 i scrinium^a. Item domino Nicolao Ysaacs^b canonico Lundensi
 extractus proprietatum rerum et flores philosophie. Item domino
 Petro Danmark pelvim, ministro suo Jacobo librum. Item domino
 Mathie^c custodi chori i ollam meliorem. ^dItem plebano meo i por-
 4 cum meliorem^e. Item fratri meo dilecto crucem meam deauratam
 cum suo appendiculo. Item domino Nicolao Johannis breviarium
 meum. Item Nicolao Gaggæ sororio meo gravarium meum. Item
 vicario meo i librum de camera mea. Item clientulo meo i tuni-
 cam^d cotidianam cum capucio^e. Item hustru Cecilie v anseres^f.
 5 Item Johanne cognate mee i vaccam cum vitulo. Item domine
 Johanne moniali, filie fratris meis, i lectum cum suis preparamen-
 tis cum cista thorali. Item Benedicte ancille mee i amphoram.
 Exequatores autem hujus testamenti mei et mee ultime voluntatis
 constituo ^bhonorabiles viros dominos Jacobum Petri cantorem [et]
 6 Nicolaum Ysaacs^b canonicum^b; hoc meum testamentum neenon
 levanda de anno gracie erga pauperes Christi et creditores meos ita
 fideliter exequantur, erogent et dispensem, sicut in eos gero fidu-
 ciham specialem. Datum anno Domini mcdxxxij^g die beate Scolastice
 meo sub sigillo una cum sigillis dictorum exequitorum.

Paaskrift: Testamentum domini Andree Strangonis super una curia in
 parrochia beati Jacobi Lundis, in qua est domus lapidea.

a) *L:* sternum. b) *L:* Jacobo Mathie. c) *Fattes L.* d) *Orig.:* tonicam.
 e) *Orig.:* capicio. f) *Orig.:* anceres. g) *L:* mee. h) *Tilfejet ved Foden af*
Orig. (og i Lundeboegen sat sidst som Apposition til: exequitorum).

88.

1434 Juli 8. Laurencius Nicolai, Dekan i Roskilde.

*Orig. paa Perg. [med 6 Segl]. Roskilde Kapitels Arkiv, nu Arnemagn.
Dipl. XXIV, 8. Rep. 6703.*

In nomine Domini, amen. Cum nichil cercius morte et nichil 1
incercius hora mortis, que plurimos occupat et prevenire solet, ne
testari valeant, sic preventi decedunt intestati. Ideo ego La[u]rencius
Nicolai decanus Roskildensis, corpore et mente sanus, illam incertam
horam mortis prevenire cupiens, testamentum meum de bonis
michi a Deo concessis ordino et in hunc modum dispono: Primo 2
lego et confero fabrice ecclesie Roskildensis, ubi meam eligo sepul-
turam, quatuor marchas argenti. Item venerabili domino meo
episcopo Roskildensi meum nap argenteum, michi per venerabilem
patrem dominum Johannem, predecessorum suum, in testamenta[.]to
collatum. Item venerabili capitulo Roskildensi libros meos, vide-
licet bibliam, decretales, Sextum, Clementinas cum distinctionibus
Henrici Boych super secundum, tertium, quartum et quintum libros
decretalium, pro anniversario meo quolibet anno die obitus mei
in choro Roskildensi de tribus solidis grossorum sollempniter cele-
brando. Item cuilibet monasterio Roskildis, videlicet predictorum, 4
minorum, Clare, beate virginis et Agnetis, unum talentum brasii,
ut in die obitus mei exequias meas in suis ecclesiis faciant sollemp-
niter celebrari. Item infirmis in monte leprosorum unam lagenam
cervisiae, i pernam lardi et centum panes. Item pauperibus mendi-
cantibus in Fundersbroo ij lagenas cervisiae, ij pernas lardi cum 5
cc panibus. Item ad fabricam ecclesie sancti Johannis Roskildis
i marcam argenti; item plebano ibidem i marcam Lybicensem; item
ministro ecclesie i solidum grossorum, campanario viij grossos.
Item cuilibet ecclesie in civitate Roskildensi i solidum grossorum.
Item fabrice ecclesie Lundensis ij marcas argenti. Item ecclesie 6
Medhelby in Albohereth Lundensis dyocesis, in qua baptismum
suscepi, i marcam argenti. Item ecclesie beate virginis Hafnis
i marcam argenti. Item omnia bona mea, michi impignorata in
Krumbrop per nobilem virum Claws Bolsß et Ethlæ ejus contho-
ralem, confero ad altare sancti Johannis ewangeliste in ecclesia 7
Roskildensi, tali condicione quod possessor ejus altaris pro salute
anime mee et parentum meorum unam missam omni septimana die

1 de predictis bonis infallibiliter perpetuis temporibus celebrabit et
 unum anniversarium per perpetuos vicarios Roskildenses in crastino
 obitus mei [in quolibet] monasterio Roskildensi de duobus solidis
 grossorum omni anno in perpetuum faciat celebrari tali condicione,
 quod idem perpetui vicarii percipient i solidum grossorum, cho-
 2 rales viij grossos et scolares cum superpelliciis iiij grossos. In
 quo si, quod absit, idem possessor in predictis articulis defecerit,
 extunc dictum v[e]nerabile capitulum prenominata bona ad unum
 aliud de tribus altaribus, que spectant ad collacionem decani, cum
 jam dicta condicione applicando liberam habeat facultatem, hoc
 3 eciam adjecto, quod, si decanus Roskildensis, qui pro tempore
 fuerit, se cum dictis bonis intromittere aut sub sua ordinacione
 quovis quesito colore vel modo usurpare presumpserit, propter quod
 dictam missam omitti contingat, eo ipso dictum venerabile capi-
 tulum de supradictis bonis disponendi et ordinandi pro prediecte
 4 misse celebracione coram uno altare de tribus, ut premittitur, in ec-
 clesia Roskildensi plenariam habeat potestatem, super quo ipsorum
 onerare volo conscientias singulorum. Item domino Johanni Petri
 archidiacono Roskildensi balteum meum deauratum. Item decano
 Lundensi domino Johanni Laxman i coclear argenteum, quod con-
 5 tulit michi venerabilis archidiaconus Lundensis. Item domino meo
 abbati in Ebelholte iiij boves, iiij vaccas et decem sues. Item do-
 mino Johanni Jone in Slauosia unum coclear argenteum cum uno
 polidro. Item domino Ascero Hafnis i florenum Rinensem, i pon-
 dus brasii cum uno pondere farine pro domo sua reparanda. Item
 6 cuilibet canonico Roskildis residenti unum florenum Arnensem.
 Item domino Johanni Tyrionis i florenum Rinensem cum i polidro.
 Item domino Johanni Wele margritam meam decreti meliorem cum
 cocleare argenteo. Item domino Suenoni Tuonis i coclear argen-
 teum cum i floreno Rinensi. Item Katerine Hansse i florenum
 7 Rinensem. Item Olauo Gladheri et uxori ejus in insula Eskilso
 ij boves et ij vaccas. Item cuidam juveni virgini Cicæ nomine
 ij vaccas pro labore suo. Item Kusæ ij boves, ij vaccas cum i
 marca argenti. Item Hemmingo i marcum Lybicensem cum [annu]lo.
 Item Petro famulo meo in insula i marcum Lybicensem cum
 8 i vacca. Item domino Johanni Bondæ i coclear argenteum cum
 i floreno Rinensi. Item successori meo, futuro decano, rubeas
 cortinas sive [ante?]pendia lecti mei. Item consorcio kalendarum.

Roskildis i cipum argenteum. Item Johanni Trugoti in Malm-¹
 owe i pondus brasii, i pondus silihinis cum ij bobus et ij vaccis.
 Item Johanni Johannis i balistam nigram. Item cuilibet sorori
 mee x marcas argenti. Item pauperibus scolaribus Roskildis i lage-²
 nam cervisie, i pernam lardi, c panes et iij solidos grossorum tem-
 pore exequiarum. Item venerabili domino meo archiepiscopo Lun-³
 densi i annulum aureum. Item Petro Sweyæ i polidrum. Item
 domino Esgero militi crucem auream cum reliquiis sancti Lau-
 rencii et cum cathenis. Item Lavoni Jensøn in Gresweth i sarta-⁴
 ginem dictum fypanne. Item domino Erico i longam tunicam
 nigram cum foderatura. Item Magno Hillebrandß breviarium meum,⁵
 si vult presbiterari. Item domino Jacobo Nicolai, capellano meo,
 i nigram tunicam cum pellibus vulpinis et unam griseam togam.
 Item domino Hemmingo, capellano meo, i tunicam cum pellibus
 vulpinis cum i capucio. Item Nicolao Petri, nepoti meo, i tunicam
 cum foderatura et i balistam. Item domino Olauo Bosæsß i men-⁶
 sam seratam. Item altari meo beate Katerine in ecclesia Roskil-
 densi i cistam meliorem. Exequatores hujus testamenti mei et ultime
 voluntatis venerabiles viros dominos Johannem Laxman decanum
 Lundensem, Johannem Petri archydiaconum Roskildensem, nobilem
 virum dominum Esgerum Broc militem, Olauum Bosesß et Johan-⁷
 nem Wele, canonicos Roskildenses, ordino et dispono per presentes.
 Datum anno Domini medxxx⁰ quarto feria quinta infra octavas
 visitacionis beate virginis Marie meo sub sigillo una cum sigillis
 honorabilium virorum dominorum Johannis Wele et Olaui Bosæsß,
 canonicorum Roskildensium, testamentariorum meorum, necnon Sue-⁸
 nonis Tuonis canonici, Johannis Tyrionis, et Nicolai Lund[?], perpe-
 tuorum ecclesie Roskildensis vicariorum, in fidem et testimonium
 omnium premissorum presentibus est appensum.

89.

1437 Aug. 10. Henneke Mule.

Orig. paa Perg. [med 3 Segl]. Roskilde Kapitels Arkiv, nu Arnemagn.
 Saml. XXXVII, 27. Rep. 6890.

I Guz nafn amen. Men enctæ er wissere en døthen och enctæ⁷
 uvissere en døzens tyme, jech Henneke Mule vyl, men jech sund
 och karsk er och heel tel myn hugh, gøre myth testæment aff thet

1 goz, som Guth mich læth haver, i sadane mathe: Først tha gyver
 jech tel gra brødre closter i Roskilde, hvor som jech udvel myn
 läyerestædh, myn gardh i Roskylde, i hwylken jech snymest bothe,
 meth sadane wylkor, som myne breff udvise, ther pa ære gvfne.
 Item gyver jech myn sogne kirkæ i skylingh grot. Item sognet
 2 presten i samested i skylingh grot. Item gyver jech dyegnen
 vi grot. Item gyver jech klockeren iij grot. Item gyver jec hver
 kyrke och kloster i Roskylde ij grot. Item Serkløse kyrke iij grot.
 Item gyver jech fatet[!]ykt folk i Roskilde i tønne øll, i hundret
 brød, i bastuægang, i fløceflesk. Item gyver jech fateke pæblinge
 3 i tønne øll. Item gyver jech søsterne i sanctæ Klare kloster i tønne
 øll. Item gyver jech myn kære husfruæ myth bryggerede, i sølf-
 bælte, i sølfskal, ij gulfyngeræ, i sølfsked, i then bæste oprede
 syengha^{a)}, ij the beste kanner och ij the beste gryther. Item gyver
 jech myn husfruæ i myn gard i Serkløse och i gard, hwylken som
 4 hether Jonstrop, meth alle thesse tuo gardes telhørelsæ, sa lenge
 hun lever, och første hunær døth, Cristine Nielsædater myn hus-
 fruæ, tha skal the same to fornefnde garde Jonstrop og i i Særk-
 løse genest pa stædet komme til sanctæ Karine altere meth all
 telhørelsæ, ænctæ unnen thaget, uten hver mans gensyelsæ, hwylket
 5 sancta Karine altere, som Niels Esbernß, ther man kaller Bylle,
 i Haldeløff haver latet bygt i sancti Lucii kirke i Roskylde. Item
 gyver jech Bylle Esbernß i sølff sked och i lyusækrune. Item
 gyver jech her Ingemer i gyllene. Item gyver jech her Efwert
 i gyllene. Item gyver jech her Jens Wele i gyllene. Item gyver
 6 jec Jens Hanß i gyllene. Item gyver jech søster Lucie Hennekes
 dater i sanctæ Klare kloster i skyling grot. Item gyver jech Lasse
 Pæterß aff Serkløse i grøn traye. Exequatores autem hujs et ultime
 voluntatis mee constituo et ordino viros discretos et nobiles, vide-
 licet dominum Ingemarum canonicum Roskildensem, Nicolaum
 7 Esberni dictum Bylle i Haldeløff, verum heredem meum, et dilec-
 tam uxorem meam, ipsos summo opere exortans et exorans, qua-
 tenus istud testamentum meum et ultimam voluntatem exequi
 faciant et procurent, uti anime mee noverint expedire et coram
 altissimo reddere voluerint rationem. In ejus testamenti cau-
 cionem evidenciorem sigilla predictorum exequitorum ad hoc sigil-

^{a)} Foran staar overstreget: slengh.

landum per me specialiter requisitorum meo cum sigillo presen-¹
tibus sunt appensa. Datum et scriptum anno Domini m^oed^oxxx^ovij^o
die beati Laurencii martiris gloriosi.

90.

1442 Apr. 7. Jonas Petri. Kannik i Ribe.

*Orig. paa Perg. med 4 Segl: 1. Jonas Petri (G. 866); 2. det samme Segl;
3. Andreas Brocks (G. 859); 4. Nicholaus Petri (G. 874). Ribe Kapitels Arkiv,
nu i Rigsarkivet.*

In nomine Domini, amen. Ego Jonas Petri canonicus Ripensis, licet corpore debilis, mente tamen sanus, testamentum meum de bonis michi a Deo concessis pro salute anime mee condo in hunc modum: Primo do et lego reverendo domino meo episcopo Cristierno Ripensi tres florenos Lubicenses cum cocliari argenteo. Item capitulo Ripensi omnia bona mea, empta per me nomine capituli, in Vesterwesteth sita, et bona, empta per me de domina Ingierdh, in Gaarsløff sita, pro una missa cottidiana in ecclesia Ripensi in perpetuum pro salute anime mee et parentum meorum, prout coram summo judice voluerint respondere. Item bona, empta per me de Johanne Skellæ, in Søndhernes in parrochia Brødens sita, deputo et do capitulo Ripensi pro anniversario meo in perpetuum tenendo more solito et consueto. Item bona, que emi a domina Ingierdh, in Høwethgardh sita in Hersløff soghen, Grawengardh dicta, deputo et do capitulo eidem pro anniversario parentum meorum perpetuo tenendo in ecclesia supradicta. Item ecclesie sancti Johannis unam marcham Lubicensem. Item plebano ibidem i solidum grossorum. Item cuilibet ecclesiarum Ripensium, prenotatis ecclesiis exceptis, ij solidos sterlingorum. Item ecclesie sancti Petri x solidos Lubicenses. Item domino archidiacono i florenum Rinensem cum cocliari argenteo. Item domino cantori annulum aureum. Item domino Hinrico Stangæbergh vi marcas Lubicenses. Item domino Nicholao preposito in Wardæsysel i co-clear argenteum cum floreno Rinensi. Item domino Andree Brok ij marcas Lubicenses. Item cuilibet canonico restanti preter prescriptos i solidum grossorum. Item vicariis ij marcas Lubicenses. Item domino Jacobo Kanuti vi solidos Lubicenses cum pari calligaram. Item domino Hinrico Tydisk et fratri suo ij solidos grossorum. Item pauperibus x paria sotularium. Item scolaribus

¹ pauperibus i lagenam servisie cum panibus solidi siliginis, ac aliis
 pauperibus i solidum siliginis. Item Thowæ Jonsdætter i solidum
 grossorum. Item Jacobo Esgeri Blaman tunicam meam longam
 cum capucio et duos libros sermocinales, videlicet Peregrinum et
 alium de sanctis et dominicis, scriptum in papiro. Item domino
² Johanni Thuonis coclear argenteum et pelvum cum lavacro. Item
 omnia lectisterna mea vendantur pro denariis, quorum dimidietas
 ad usus pauperum et altera ad usum pauperum in domo spiritus
 sancti et leprosorum. Item fratri meo dilecto breviarium meum,
 si me supervixerit, et post mortem ejus annuo et do dicto Jacobo
³ Esgeri scolari eundem breviarium. Item cista mea in capella sancti
 Andree vendatur pro denariis et distribuantur inter pauperes. Item
 omne debitum, in quo tenetur michi ecclesia Risby, quittam dimitto
 et excusatam. Ad ista fideliter exequenda constituo honorabiles
 viros dominos Petrum Petri fratrem meum necnon dominos An-
⁴ dream Brok et Nicholaum Petri, canonicos Ripenses, ut de istis
 ordinent et ordinari faciant, sicud coram Deo voluerint respondere.
 Datum anno Domini m⁰cd⁰xlij⁰ sabbato ante dominicam Quasi-
 modogeniti meo sub sigillo una cum sigillis dilecti fratris mei
 domini Petri necnon dominorum predictorum Andree et Nicholai
 presentibus appenso in fidem omnium et singulorum premissorum.

91.

1447 Okt. 14. Anders Nilsson, Ridder i Dronningholm.

*Orig. paa Perg. med 4 Segl, paatrykte Bagsiden. Nu i det svenske
Rigsarkiv.*

⁵ I Guds naffn, amen. Jæk Anders Nielsß, ridder i Drotninge-
 holm, thoch at jæk ær skrøbelich til mit lægome, tha ær jæk heel
 til min hugh oc samwidh, thenkendis upa the oördh, at encte ær
 wissere en døthen oc encte uwissere en timen, til min arme siels
 hielp oc bestand setter jæk mit testament aff thet gotz, som Gudh
⁶ mik haffuer tilføgit, at giffue for min siæl oc mine wener. I wors
 herre Jhesu Christi naffn gifuer jæk til Æsroms kloster, som jæk
 haffuer utwalt mit legerstedh, min hellichdom oc min gylden stycke
 kope met fotheret, som hun ær, oc then troiæ, ther til hørær.
 Item giffuer jæk til then samme stedh till kirkene bygning lxxx
 lubiskæ mark. Item abbeten i thet samme stedh een sylff skaal,

hwær prest i klosteret i þ grot, hwer ung brother iiiij grot. Item 1
 giffuer jæk min rødhe flowels kope, ^asom hun ær^a, till sancti Lucii
 kirke at gøre een hagel aff till høghealtere. Item giffuer jæk bi-
 scop ^bJens i Rosk. een so[!]lfskall, een guldring^b oc een graa hest,
 som jæk køpte aff Jes Thorbernsß, um han bliffuer ufordærst. Item
 giffuer jæk til Æbelholtz kloster xl lubiske mark til kirkene byg-
 ning oc min sworte damaskis kiortel met foderith till messe rethe
 oc min pærlekrantz til een alterliste. Item abbeten i thet samme
 stedh een sølfskaal, hwer prest i closteret i þ grot, hwer ungbrother
 iiiij grot. ^cGiffuer jæk min nathughe herre koningen een liden sølf
 nap met eet trint logh^c. Item giffuer jæk min sogne kirke Kre-
 gom i lødigh mark. Item Winderøds kirke i lødigh mark. Item
 giffuer jæk til Hærloffue kirke, som jæk ær kristneth, mine sølf-
 knappe, som sede i min skarlagns kiortel, til een kalk eller til eet
 monstrantium. Item giffuer jæk min ælskeligh husfrau Margarete
 min halffue booslodh uden alle henne ræthicheet, henne kan til-
 falle aff arff æfter mik. Item giffuer jæk fornefnde min ælschelike
 husfrau xx engilsche noble fore the peninge, som jæk haffuer for-
 tærith, som jæk solde henne gotz fore i Swerige. Item giffuer jæk
 min kiære brother her Jens Grim een sølf skaal. Item min kære
 søster Citzele een sølf skaal oc een guldring. Item giffuer jæk min
 søster Katherine i kloster i sølfskall oc een noble. Item min kiære
 husfrau søster Ingeburgh i Wæstene kloster iiiij noble. Item giffuer
 jæk min systerdoter Brigitte een guldbordhe beslaghen. Item
 giffuer jæk Marine, min systerdotter, een sølfskaal. Item her Jens
 Due, min systersøn, een sølf skaal. Item her dægen i Roskilde eet
 sølf stoob. Item her Hans Pæthersen i Køpmendehaffn een be-
 slaghen silke boordh ^doc i sylff skeet^d. Item hellichgestishus i
 Køpmendehaffn eet pund rugh, i pund byugh, eet fet swin. Item
 sancto Jurian i thet samme stedh eet pund byug, eet pund rugh,
 eet fet swin, i lødigh mark till kirkene bygning. Item til Marieboo
 kloster i lest jærn. Item giffuer jæk Jep Jensß oc Jes Andr. min
 bordze met alle retzkap. Item giffuer jæk Anders Thørbernsß all
 min ræticheet met min brothers ræticheet i hoffuet gordhen i
 Nødhelinge. Item Anders Thorbernsß min rødhe mordh skins

^{a)} *Tilfejet i Randen.* ^{b)} *Overstreget og underprikket.* ^{c)} *Overstreget.*
^{d)} *Tilfejet i Randen.*

1 kiortel met fodheret. Item Jep Jensß min rødhe skarlagens kobe
 met fodheret. Item min sogne prest her Claus eet beslagit belte
 forgylt. Item Knudh Pæthr. i Drotningeholm ij lødigh mark.
 Item Herman Benekesß i folæ. Item Herman Pædhr. ij lødigh
 mark. Item giffuer jæk Hans Jensß, som jæk oc min husfru
 2 haffue upfød for Guds skyld, thet gotz, som jæk haffuer i pant aff
 her Fræderik Wardenberch i Hornsherret, swo længe thet worther
 min husfru eller hanum rettelich affløst eller hwem min husfru
 thet befalett upa hans wegne. Item fra Kirstine Ebbes een sølf-
 skeedh, ther stander sancte Ursule bellide upa. Item giffuer jæk
 3 Kerstine, min husfrus møø, x lødigh mark oc pantsetter henne fore
 the x lødigh mark then gaardh, som Anders boor i i Uppesundby.
 Item giffuer jæk Jes Attesß min ræfschins kiortel oc min graa hengst,
 muremesteren. Item Kætherine Jensdotter, min husfrus møø, myn
 rødhe skarlagens kiortel met foderith. Item Jes Pæthersß mit
 4 harnisk, min smo swen, undertagit mit pantser; thet giffuer jæk
 Karll, min husfrus smoswen, oc een folæ. Item Lasse Stolswen
 een folæ. Item Staffen x lubiske mark. Item Jes Nielsß i lødigh
 mark. Item her Claus i Hunlith i sølskaall. Item fattich folk
 5 ð lest korn oc xx flycke flæsk. Item befaler jæk min kiære hus-
 fru at gøre een man till Rom fore mik ^eet ad terram sanctam ^e.
 Thette testament ud adkomme, thet befaler jæk biscop Jens i Ros-
 kilde, min kiære husfru oc min syster Citzele, at the stande thet
 swo fore, som the wille antsware for Gudh. Datum anno Domini
 m^oed^o quadragesimo septimo ipso die beati Calixti confessoris,
 6 ^fsiggillis discretorum virorum impressis, videlicet sub^f sigillo meo
 cum sigillis honestorum virorum, videlicet Johannis Andree in
 Eghelycke, Henrici Pors, armigerorum, et domini Nicolai in Hum-
 lich presentibus impressis.

Nedenfor er skrevet:

7 Item notabene ij nob. et ij lødhic mark ad claustrum et ad
 sorores.

Item her Folwerdh een sylffskall.

Item Knut Thruetsß en sylfskal.

Item fru Gisell en sylfskal.

Item min kiære nabo Clawes Henrici en gulring.

^{e)} *Tilskrevet over Linien.* ^{f)} *Overstreget.*

92.

[1448] Jan. 4. Kong Kristoffer af Bayern.

Brudstykker af Orig. paa Pergament, brugte til Indhæftning af Foged-regnskaber for Roskildegård 1648—1649: Rigsarkivet. Danske Magazin 4 R. V, 352 ff.

I Gudhs nafn, amen. Wy Cristoffer meth Gudhs nathe Danmarks, Swerrigis, Norgis etc. koning, æn toch thet wy ære skrøbelige til wort leghemæ, tha ære wy thoch til wore syn oc fornymphst helbreythe, oc achtæ wy, at ængtæær wesseræ æn dødhen och ængtæ uvessære æn dødhsens tymæ; thy wele wy forsee wor siæls nyttæ meth thet gotz, som Gudh oss forlænt hauer, oc skicke wort testamænt oc yderstæ wilghe i swo made, som her efter følgher:

Først giue wy oc unnæ til sancti Lucii kirkæ i Roskilde, ther som wy haue udwold wor læyerstæth, thusende Rynsche gyldenæ oc wor bæstæ kobæ aff gyldenæ samyt i swo made, at i samme 3 kirke skall holdes wor begængelse meth mæsser oc vigiliis hwer ughæ en tiidh till euigh tiidh.

Item giuæ wy till wor frue kirkæ i Køpendhafn thusende Rynsche gyldenæ oc alt thet, som wy nu haue aff gyldenæ stycke oc sammyt i Køpendhafn, som uskaaret ær, i swo made, at udi samme kirkæ skall holdes wor begængelse meth siælæmæsser oc vigiliis hwer ughæ en tiidh til euigh tiidh.

Item giue wy til forserefne Roskilde oc Køpendhafne kirker alle the pærler, som wy nu haue liggende udi tornet upa Køpendhafne hus, i swo made, at the schulæ skiftes i twenne lige delæ mellem fornefnde kirker oc skulæ kommaæ til kirkernes ornamentæ.

Item giue wy till alle andræ domkirker ouer wore thry righe hwer domkirkæ thry hundret Rynsche gyldenæ i swo made, at wor aartiidh skall holdes i forscrefne kirker hwært aar en tiidh upa then dagh eller annen ther næst, som wy aff thette warden gaa. 6

a) Prikkerne antyder her og i det følgende, at der flettes omrent en halv Linie (Brevets højre Halvdelen).

- 1 Item giue wy til Upsalæ kirkæ oc Waste[na closter]
 Podbusch, ehvor that hælst ligger, i sw[o made]
 kirkæ och closter til lighe dele oc th
 antsware for Gudh.
- Item giue wy till graabrødhre closter
- 2 Item giuæ wy til hælge gæsthus i sam[me].
 at fuldkommæ that ny hus meth, som ther
- Item giuæ wy til kalentæ gylde i Køpen[dhafn]
 bispoc Ulric oss gaff.
- Item giuæ wy til sanctæ Bergittis clo[ster]
- 3 wort halsbond i swo made, at closter[et]
 got for wor siæll, som the wele ant[sware for Gudh]
- Item giuæ wy wor kære husfrue Doro[thea]
 guldspan, som icke hør till halsbondet
- Item giuæ wy her Frytres vamme Wolf[stein]
- 4 Rynsche gyldenæ, at hun ther meth be.
- Item giue wy her Lolæ Henricsß soghne[prest].
 [Item] befałæ wy wort ælscheliche radh
